

*N. N. II, 114.*

*h. 26, 3.*

Q. D. B. V.

DISPUTATIO INAUGURALIS

*De*

REGALI

POSTARVM

JURE

*Ex*

Jure Civili, Publico, & Historicis deprompta.

*Quam*

PRÆSIDE

DEO TER. OPT. MAXIM.

*Authoritate & Decreto*

NOBILISSIMAE, AMPLISSIMAE, CON-  
SULTISSIMAEQUE FACULTATIS JURIDICAE

*In inelyto Treboccorum Athenaeo*

PRO

*Summis in utroque Jure Honoribus ac Privilegiis*

DOCTORALIBUS *rite legitimeque*

*capefcendis*

Solenni & Publico eruditorum examini

submittit

GERHARDT MENZBESCH

Essendiâ - Westphalus.

*Ad diem*

*A. O. R. M. DC. LXVII.*

---

ARGENTORATI

LITERIS JOHANNIS W

II R  
2856

*V. 2 - 3*



17  
DISTINCTIONE IN ACCIDENTIBUS  
RELI  
FORSTARVM

17. 11. 1801  
17. 11. 1801







## JESU JUVA!

Nama

*Auspice qui Christo rerum primordia sumit,  
Illius optato tramite cæpta cadunt.  
Cursus enim fœlix, & casu prosper in omni  
Successus cælo, non aliunde venit.*



Uoniam cujusque rei potissima pars principium est, *l. i. ff. de O. l.* ideò facturus *juris Postarum* interpretationem, operæ pretium fore existimaui, priusquam ad eam perveniam, pauca de origine, principiis & causis illius referre, tum quia inconueniens videtur, omissis causis; origineque non repetita, atque illotis (ut ita dixerim manibus) protinùs materiam ipsam aggredi. *l. i. ff. eod.* tum quia hinc generaliter præcognitis facilius aditus cæteris præbetur, brevibus itaque discutiamus, unde originem habeat præsens *Postarum* jus, idque ideò, invento enim fundamento & eo præcognito superædificare possumus, ubi enim non est fundamentum, superædificari nequit, inquit *Hostiens. in summa Proæmij.*

Thef. I.

II. Quoad rei originem cursum publicorum usum *Jacob von der Gräff / tract. de Regal. cap. 35.* Regi Salomoni usitatissimum & gratissimum fuisse ait: qui inter cæteras glorias & divitias quadraginta

A 2

millia



millia presepia equorum curulium, & octo millia ex equestribus legitur habuisse. 3. Reg. c. 4. *Lucas de Penna ad rubr. C. de Cursu public. angar. & parangar.* Alii transvectionem equitum Romanorum à Fabio Maximo institutam, ut est apud *Titum Livium lib. 9. c. 19.* cujus instituto Fabii equites transvehantur Idib. Quintilib. per urbem Romam, ut censerentur, asserunt, inter quos est Zasius ita scribens *ad l. 2. ff. de in jus voc.* quem morem propemodum præteritum & omissum per multa tempora renovavit August. apud Sueton. Nominat autem Budæus hanc transvectionem equitum *Monstram Coras. lib. 1. c. 11. n. 2. Mynsing.* quoque in additionibus *Zas. ad l. 2. ff. de in jus voc.* de cursoribus publicis explicari textum posse, non dubitat, quos hodie *Postas* appellamus, cui calculum adjicit *Christoph. Hegendorph. in exposit. l. 2. ff. eod.* qui subjicit *Accursium & cæteros DD.* graviter lapsos esse, dum hæc verba. *Sed nec eum qui equo publico in causa publica transvehatur,* de Præcone Theobaldo interpretantur. *Coras. lib. 3. Miscellan. c. 11.* dicit Accursium nugasse ita exponendo verba textus, Budæus v. Accursii intellectum irridet.

III. Origo autem hujus Juris secundum communem DD. sententiam adscribitur Cyro Magno, Persarum Regi, qui totius Orientis Monarcha, Schytas bello petiturus, instituit, quingentis annis ante natum Christum. *Lymn. de I. P. c. 9. lib. 2. n. 138. Xenophon. lib. 8. Cyrop. Færstner. in not. polit. ad Cornel. Tacit. lib. 1. p. mihi 180. Reinck. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 6. n. 135. Ammian. Marcellin. lib. 14. conf. Euseb. in vita Constantini. Cassiodor. lib. 2. variar. cognit. in Epistol. Theodorici Regis ad Dromanos, & lib. 5. variar. in Epistol. Regis ad Severian.*

Alii



IV. Alii aliis ascribunt Regibus, ut Xerxi, alii Augusto, ut *Sueton. Iulianus*. Boëtius inter Paradoxa Regum refert teste *Lymn. alleg. loc.*

V. Cyrus hic vixit in quinta mundi ætate, anno mundi 3413. anno ante natum Christum 558. regnavit annos 30. mortuus anno mundi 3442. ante natum Christum 529. *Secundum Bucholcerum in sua Chronolog.*

VI. Is fuit ditissimus Rex, tantaq; valuit memoria, ut omnibus in exercitu suo militibus nomina reddere potuerit, ut de eo scribit, *Achilles Pirminius in Epitome histor. & Chronicor. tot. mundi p. mihi 62. nec non Mycræal. in syntagm. histor. mundi lib. 1. sect. 4. p. m. 127.*

VII. Fuere autem duo Cyri prior Cyrus Persarum Rex primus, & author secundæ Monarchiæ. Alter Cyrus Patrem habuit Darium, hic Cyrus Patri non successit, sed Joniam Lydiamque tenebat, sorte autem suâ non contentus fratri Regi Artaxerxi Mnemoni, qui mortuo patre successerat, bellum fecit, in eoque victus fuit & occisus. *Sleidan. de 4. summ. Imp. lib. 1. p. mihi 24. & 33.*

VIII. Cyrû imitati sunt Græci & Romani, De illis Herodotus testatur, certos nuncios in viis regiis constitutos fuisse, qui mutuas ibi operas præstando suorum Principum incredibili celeritate edicta detulere. De his *Sueton. in Augusto. c. 40. ita scribit: Quo celerius agnosci posset, quid in quaque Provincia gereretur (Augustus) juvenes primò modicis intervallis per militares vias, dein vehicula disposuit, commodius id visum est, ut qui à loco eidem præferret literas, interrogari quoque, si qua res exigenter, possent.* Conf. *Jul. Cæs. de se ipso scribens. lib. 3. verbo. Nisi nuntij de victoriâ Cesaris per dispositos equites essent allati.*

IX. Romanos sequuti fuere aliorum Gentium Reges  
ac Prin-



ac Principes, neque ab illis neglectus, sed asservatus, & usque in præsens tempus continuatus, quod pluribus etiam deducit, & ex historicis probat *Dn. Hörnigk.* in suo elaboratissimo *tract. de Regal. Pōstar. Iure cap. 13. num. 5. & 6.*

X. Perspecto origine ordinis ratio postulat ut metam nobis propositam quoad fieri potest, observemus, occurrit autem omnium Primò *Ονομαλογία*. Secundò *Πραγματολογία*. *Ονοματολογία* absolvitur. 1. Etymologia. 2. Homonymia. 3. Synonymia.

XI. Verborum enim intelligentia principium eruditionis, est secundum elegans monitum Socratis ab Epicteto relatum, & laudatum à *Dn. D. Biccio b. m. in Comment. ad l. possideri s. §. 3. ff. de A. vel A. possess.* eorumque evolutio ad ipsius rei cognitionem plurimum cōfert, inque ejus perceptione nos provehit, quid enim juvat in medio versari foro, si quæ dicuntur, quæ aguntur, ignores? In omni enim arte, omnique disciplina de vocum ac phrasium declaratione prima est disputatio, sunt enim notæ rerum, & omnis oratio ac phrasis oritur & dependet à re, ac qualis est rei veritas, talis quoque ista est, igitur non immeritò verborum quæ res significant in ipso limine habenda est ratio.

Etymologia

XII. Quod itaque Etymologiam vocis attinet, notum est verbum *POSTA*, à ponendo dictam esse, per synopen quasi *posita*, quod signat *desigere, statuere, constituere, & collocare l. 2. in pr. ff. fin. reg. l. 7. §. 1. ff. de Reb. dub. l. 5. §. 1. ff. ad Exhib. l. 44. ff. de Recept. arbitr. l. 2. ff. de Term. mot.* Ponere etiam est *figere, facere*, Græcorum More, *Horat. 4. Carm. Od. 8.*

*Hic saxo, liquidis ille coloribus  
Solers nunc hominem ponere, nunc equum,*

Est



Et Virgil. Ecclog. 3.

*Orpheaque in medio posuit.*

XIII. De Homonymia cum sit errorū mater fœcun- Homonymia  
dissima potior nobis erit cura, significatio hujus vo-  
cabuli est varia. Interdum *Cursorum*, id est personam  
huic cursui publico deputatam. l. 1. C. de *Curs. publ. an-*  
*gar. & parang.* nonnunquam *Ipsos equos cursoris*, ali-  
quando *Stativam*, ipsum jus, rem cursoriam denotat,  
interdum illos qui *in aciem hostilem excurrunt*, impe-  
tumque faciunt. ut notat *Adrianus Turnebus* (qui Gal-  
liæ flos à *Godescalc. Stevvich.* vocatur in not. ad *Veget.*  
lib. 1. c. 3.) lib. 24. c. 16. Cursus etiam quandoque pro Of-  
ficio currendi, quandoque pro *Loco*, per quem curritur,  
secundum *Hug. ad l. 2. & Sebastian. Brant. d. l. C. h. 1. de*  
*Curs. publ. &c.* Græcis *σάβυρος*. Latinis, Italis, Hispanis,  
ac Lusitanis (Portugallis) Gallis *Poste*, non *Postè*, illud  
enim cursum publicum *Postarum* notat, hoc autem à  
Latino *Potestas* factum, significat territorium cum ju-  
risdictione. *Lymn. in addit. ad lib. 2. cap. 9.* Germanis,  
*Post/ Posttauff/ Postilion* vocata.

XIV. Synonymica nominis definitio *Juris Postarum* Synonymica  
varias exhibet appellationes. Latinis vocata *Stationes*,  
*equi publici*, l. 2. ff. de *in jus voc. Nov. 30. c. 1. & 7. Eve-*  
*ctiones l. 2. C. de Comitat. l. 3, 4. 6. 23. C. h. r. Menoch. de*  
*A. 1. Q. l. 2. cent. 3. cas. 229. Angari. Hotoman. in suo*  
*Commentar. verbor. lur. Verbo Angarus.* quæ vox à lin-  
gua Persica mutuata Græci propriam fecêre. *Conf. Ac-*  
*curs. ad l. 18. §. 21. ff. de Muner. & honor. ad verb. Angaros.*  
quos *Astandas* quoque *Suida* authore, & *Stevvich. d. loc.*  
appellant. *Excellentiss. Dn. Bœcler. ad Sueton. in vita*  
*Augusti. Quid Angaria & Parangariae sint, ob legū quæ*  
hoc



Antiquis in  
cursu publi-  
co curr<sup>o</sup> usus  
erat.

hoc expressè definiant defectum, non una est inter-  
pretum sententia, de quibus consuli possunt *Conrad*  
*ab Einsiedel in tract. de Regalib. c. 3. n. 221. & seqq. Bo-*  
*cer. de Regalib. cap. 3. n. 238. & seqq. Cursores*, Cursor pro-  
priè est, qui pedibus celeriter literas defert. *l. servis ur-*  
*banis. 99. §. 5. ff. de legat. 3.* Antiqui enim non equis  
singulis & expeditis, ut hodie quos *Postas*, quasi posi-  
tos, collatosque certis locis vocamus, sed vehiculis  
utebantur, ut ex *Budeo* refert *Nebrissensis in suo vocabu-*  
*lar. Iur.* idque ex *Ammiano Marcellino lib. 21. histor.* uni-  
co testimonio probat *Stevvich. in not. ad Veget. in cap. 3.*  
*lib. 1.* his verbis. *Vt catervis antistitum, jumentis publi-*  
*cis ultrò citroque discurrentibus, per Synodos quas appel-*  
*lant, dum ritum omnem ad suum trahere conantur arbi-*  
*trium, rei vehiculariæ incideret nervos.*

XV. His itaque prælibatis ad Πραγματολογία accedamus, cum nemo rem meliùs novisse videatur, quàm qui quid ea sit, & breviter & aptè explicare noverit, ita ut rectè monuerit *Cicero lib. 1. offic.* disputationem à definitione semper proficisci debere, quo quid id sit, de quo disputatur, intelligatur *Everard. à Middeburg. in loc. argum. legal. loc. 3.* Definitur itaque *Posta*, quod sit Jus Regale Majestatis, cursus publicos ordinarios, juxtaque extraordinarios instituendi. Cujus descriptionis singula membra facilioris intellectus ergò paulò altiùs repetere operæ pretium erit.

XVI. Generis loco ponitur *jus hoc est vis, potestas, facultas, auctoritas.* Ex quo consecutarium est, hinc non sumi voculam *Juris* pro Jurisdictione, quam *Aristot. lib. 4. de Republ.* tertiam Reipublicæ partem facit, ea enim Majestatis propria non est, quia omnibus ferè Magistratibus æquè ac Principi congruit, docente *Be-*  
*dino*



*dino de Republ. l. 1. c. 10.* Cujus ambiguitatem quam variè in jure nostro accipiatur, videre integrum est, apud *Magnificum Facultatis nostræ Seniore* & *Antesignanum Dn. D. Rebhanium, Patronum, Mæcenatem, & Præceptorem æterno venerationis cultu prosequendum, in Hodoget. Jur. chart. 2. Clim. 1. p. m. 37* & apud *Lucam de Penna ad tit. C. de Jure Fisci* in Rubrica ubi fusè diversitatem hujus vocabuli exponit.

XVII. Additur insuper *Regale Majestatis*. Appellatio *Regalium à Regis*, id est, *Imperatoris* vocula descendit, nam Jura nostra Imperatorem vocant Regem, *tit. 26. in pr. vers. si verò ad Regem lib. 1. feud. t. 54. de Alodio. 2. F.* Rex nomen generis est, Imperator officii. *Calvin. in Lexic. V. Rex.* Reges enim nascuntur, Imperatores creantur, neque ante, sed post Coronationem Imperatores dicuntur. *Scot. in Vocabul. Juridic. Felin. in c. eam te de Rescript. versic. similiter dicit gloss. Ioh. Baptist. Castellion.* Regem Boëmiæ improprie dici existimat, quod competenti provinciâ careat, *c. scitote 6. quest. 3.* Jure tamen Canonico electus Imperator ante coronationem *Rex tantùm Romanorum* appellatur, post coronationem primùm *Imperatoris* titulum consequitur. *C. venerabilem X. de Election.* Unde etiam hodie *Romanorum Rex* vocatur, qui *Imperatori* in gubernando Imperio adjungitur, & in locum Imperatoris mortui sufficitur vel surrogatur. *Conf. A. B. Carol. 18. Von der Churfürsten Geleyt. tit. 1. in pr. ibi.* Wir erkennen vnd setzen mit diesem gegenwärtigen Kayserlichen Gebote ewiglich zu wehren / auß rechtem Wissen vnd vollkommenheit vnsers Kayserlichen Gewalts / daß / wie offte vnd wann es zu fünfftigen Zeiten noch sey oder sich begeben würde zuerwöhlen einen Römischen König zum  

B

Kayser



Kayser machen. 2c. & 2ic. Von der Wahl eines Röm-  
Königs. 2. in pr. V. Einen gerechten guten Menschen  
erwählen mögen zu einem Römischen König / vnd zu  
künfftigen Kayser. §. Ich N. Erzbischoff. vers. Einen  
Römischen. & §. Vnd wann die Churfürsten *sub fin.*  
*ibi.* Einen Römischen König zu einem Kayser kräftig-  
lich erheben / erwöhlet.

XVIII. *Majestatis* vocabulum non frustra adji-  
citur, cum enim Regalia dividantur à Bocero in suo tra-  
*ctatu de Regal. cap. 2. n. 4. in Regalia Majestatis, & Fisci,*  
differentiæ gratia illud appositum est, illa enim perso-  
nalia, hæc Fiscalia haud ineptè vocantur: quippe  
cum illa personam solùm Cæsareæ Majestatis exor-  
nent, hæc etiam Fiscum Imperii augeant, atque illa,  
quæ ad personam alicujus pertinent, *personalia* dicantur.  
Sunt autem Regalia Majestatis quæ ad Principis  
Rom. supremum decus, & authoritatem sine pecu-  
niario commodo pertinent, quæ à DD. etiam vocan-  
tur Regalia majora, potiora, & merè Regalia. Maje-  
statis nomine significatur summa illa & legibus soluta  
potestas, per quam Princeps est quod est. Regalia  
vero ejusdem effectus quidam, v. jura à Majestate Prin-  
cipis fluentia sive adjuncta quædam, ut vocat Boc. Lud-  
wvll. in *synops. feud. cap. 13. de Regalib.* Divus Imp. Ma-  
ximilianus II. Kayserliche Hoheiten vnd Reservaten  
nuncupat. in R. I. Anno 1576. §. 119. Dardurch dann 2c.  
*ibi.* Zu vnserer Kayserlichen Hoheit. Multi DD. enim  
*Postam* inter Regalia numerant, inter quos sunt. Chri-  
stoph. Besold. *thesaur. Practt.* in v. Post Reinck. de R. S. &  
*Eccles. lib. 1. class. 5. c. 6. n. 10.* Caspar Klock. de *contrib.*  
*cap. 2. n. 27.* Thom. Michaël. de *Iurisd. lib. 2. conclus. 12.*  
*l. b.* Arnold. Clapmar. de *arcan. Rerumpubl. lib. 1. cap. 21.*  
circa



*circa fin. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 13. num. 32. Ad. Keller de off. jurid. pol. lib. 2. c. 11. Matth. Stephani de Iurisd. lib. 2. cap. 11. n. 110. Conrad. von Einsiedel. tract. de Regalib. cap. 3. num. 216. Wehner. in obs. Pract. V. Post. Schulz in synopsis. Iur. Feud. c. 7. de Regal. n. 142. & 143. Ludov. in Synopsis. Iur. Feud. Dn. Hermes. in Fascic. Iur. publ. c. 35. num. 39. Gilhaus. in arbor. Iudic. cap. 1. part. 1. de Iurisd. n. 14. & alii multi, Ambiguitatem voculae Majestatis vide apud Magnif. Dn. D. Rebhan. in Hodog Iur. ch. 2. clim. 4. p. m. 863.*

XIX *Cursus publicos*) Cursus idem est quod volatus ut Virgil.

*Cursumque per auras, Dirigite in lucum.*

Quasi non figuratè dicamus de volatu cursum, & de cursu volatum. Ut ille apud Terentium *festinatò ire servum jubens*, inquit vola. Pro eo quod est curre. *Currendi* vocabulum tam de navigantibus, quàm pedestre iter facientibus, intelligendum. De navigatione quoque festina dicimus cursum ut Cic. *Quo cursu frumento onustas naves petentes Rhodum viderit, & Quinsilianus navigationem dixit fugam, sive naves fugientes, qua velocem cursum conficerent, quum inquit: Inde fugientia vela longo usu prosecuti.* Is enim qui fugit velocissimè currit. Eoque Virgilius inquit

— *Pedibus timor addidit alas.*

XX. *Subjicitur publicos*) quia in publicum emolumentum sunt instituti, l. 12. C. de curs. publ. angar. & parang. Alebantur enim equi sumptu publico, quos Imperatores per dispositos locos habebant, ut quoties repentinum aliquid accidisset, mutatione equorum citissimè quo vellet Imperator posset mittere nuncium, quos *Postas* vulgus vocat, à positis equis, de



quibus DD, ad tit. C. de curs. publ. angar. & parang. ibique Dn. Brunneman. Lucas de Penna. Alciatus. Cujac. Perez. Sebastian. Brant. & multi alii. Conf. Menoch. lib. 2. A. Q. casu. 2. n. 3 & seqq. & casu 229. & quos allegat. Thomas Merckelbach. inter consil. Klock. vol. 1. cons. 32. n. 2. & 3. Besold. in thes. pract. V. Post. Stevvich. in not. ad Veget. d. t. Proposita & examinata Definitione accedimus ordine ad divisionem. Ut autem Divisiones ex diversis causarum generibus aliàs depromi possunt, ita hinc potissimas facimus tum à *caussa efficiente, materiali, formali, & finali.*

XXI. Hæc de *Regali Postarum Iure* in genere præfati, ipsam specialem tractationem aggredimur, consideraturi Jus Postarum in Consentaneis & Dissentaneis. Consentanea consistunt in causis, & quidem potissimum externâ scil. efficiente & finali, & interna scil. materiali & formali.

XXII. Inter causas autem omnium primò occurrit hæc divisio, quæ petenda est à *caussa efficiente*, quæ subdividitur in causam Principalem, & minus Principalem.

Causa efficiens principalis.

XXIII. Principalis est quivis Monarcha, Princeps sive Respublica, seu omnis nullum Superiorem præter Deum & ens cognoscens.

XXIV. Monarcha sive Princeps dicitur penes quem summa rerum potestas est, qui & aliàs Imperator dicitur. *Theophil. in Instit.* eum esse dicit qui imperandi potestatem à populo accepit. *Conf. Bodin. in lib. 1. c. 8. Proëm. Instit.* in verbis: *Princeps Romanus. Amplissimus Dn. D. Rebhan. Patronus & Præceptor meus filiali observatione venerandus, in Hodog. Iur. ch. 2. clim. 1. p. m. 58. Lymn, lib. 4. c. 2. de Iur. publ.*

XXV.



XXV. Monarchæ nomen propriè Regibus neminem præter Deum & eusem cognoscentibus competit, quorum Regimen dicitur Monarchia, quæ genus est Reipublicæ in qua penes unum summa totius Reipublicæ potestas est. *Bodin. de Republ. l. 2. c. 2.* Seu in qua unus imperat solus per se, suoque nomine, cum propria supremæque potestate, quæ ex alterius quàm ejus solius arbitrio non pendet **nec à superiore alio, nec à socio.** *Petr. Gregor. Tholos. de Republ. l. 5. cap. 1. num. 2.* Monarchia enim primas tenet in tribus istis speciebus gubernationum, quas iustas censuere Philosophi, hæc verè legitima est potestas, quæ si innocua fuerit Dei typum in terris refert, nunc propriè est apud Romanorum omnium Christianorum Imperatorem Romanum.

XXVI. Monarchiam Orbis Imperii eleganter astruit *Baro Tautenbergius*, ex Patrum sententiis interpretans, *tit. de feud. March.* Attamen ne nimis extumescat hic partus meus ac encyon fiat, singula quæ connotata habeo hisce connectere animus non est.

XXVII. Nos impræsentiarum non tantum Imperatorem Romanum intelligimus, sed & eum (qui licet non dicatur Imperator aut Rex, de verbis enim minus sumus solliciti) qui nulli subjectus est, quales hodiernum sunt Imperator Turcarum, Magnus Dux Moscovitarum, & alij. In Imperio nostro solus Imperator est causa efficiens Juris Postarum. *Dn. Struv. in absolutissimo Syntagmate l. F. c. 6. Aphorism. 25.* ita scribit: *Illos verò cursus publicos, qui per Imperium sunt ordinati, die ordinari Posten/Imperator instituit.* In aliis verò Regnis is, qui ibi caput est.

• XXVIII. Nec Princeps Romanus tantummodo



Jus erigendi Postas universales habet, sed ut antea monitum, etiam Respublica qualis est hodie Venetorum, Hollandorum, & quæ aliæ. Est enim Venetorum tanta potestas ut nulli sint in Italia Principes nullæ Republicæ, quæ Imperium ac potestatem aut Imperatori, aut Regi Francorum, aut Pontifici Romano non ferant acceptam, Venetorum Republica excepta, *Bodin. de Repub. c. 9. p. m. 191.* Quod multis deducit, *Peregrin. de Jur. Fisc. l. 1. tit. 2. n. 96.* dum dicit: *Serenissimam Venetorum Rempublicam tam de jure, quam de facto liberam esse, sicuti apud omnes compertum est, adeo ut nulla de hac re possit esse quæstio.* Et in lib. 8. de *Aquis. n. 6. & 7.* *Venetiarum civitas libera nata est, quam hætenus incolumem servavit, & illam libertatem Iuri naturali, & gentium ascribit.* Parùm tamen sibi constans est *Peregrinus* antea laudatus, dum *tract. mentionato n. 19.* subjicit: *Venetos & consensu Imperatorum & Regum, esse Dominos Maris Adriatici,* ex quo infallibiliter evincitur hanc libertatem illis non esse innatam. Neque Rempublicam novimus cujus planè ac omnino non sit agnoscere superiorem, præsertim in Orbe Christiano. Venetam enim quod attinet, utpotè quæ, sive eximia magnificentissimorum ædificiorum pulchritudo, sive incolarum splendor, sive opes publicæ ac privatæ, sive advenarum terra, mariq; accelerantium caterva, sive merces optimæ spectentur. *Philip. Honor. Prud. Polit. c. 2. de Venet. Repub. p. m. 136.* Nulli Republicæ alii cedit, meritoque hinc primo venit collocanda loco, vel propter libertatis Rom. ex privilegio acceptæ beneficium Majestatis ipsius etiamnum hodie venerari tenetur. *Bartol. ad l. hostes 4. ff. de captiv. & postlim. revers. Schænborn, lib. 5. Polit. cap. 7. p. mibi: 517. & 518.*



§ 518. scribit : Privilegio exemptionis frui dicuntur Veneti, quod se vidisse testatur *Albericus in l. cunctos C. de summa Trin. Muscorn. tr. de Iurisd. n. 129. Gigas 17. de crim. les. majest. l. 1. q. 28. n. 1. Fulv. Pacianus cons. 149. num. 9. testatur. Venetos libertatem suam præscriptione munivisse. Quorū fundamenta optimè destruit Lymn. de Iure publ. lib. 1. cap. 9. num. 67. & seqq. De cæteris Rebus publ. à S. R. Im. avulsis p. t. fileo.*

XXIX. In genere Postæ generales instituuntur ab his qui Jure Majestatis gaudent, qualis est is qui in Statu Monarchico est summus Princeps, & quod Jus in Statu Aristocratico optimates, in Democratico, Populus habet. Soli namque illi jure proprio *Postas* creare possunt, qui neminem habent superiorem nisi Deum & ensem, hinc *Cursores* inter Regalia referri exploratissimi juris est, & sic in Gallia, Hispania, Anglia, Sueciaque &c. Regum autoritate *Postas* constitutas esse, extra omne dubium est. *Cluten. in Syllog. rer. conclus. 22. l. C.*

XXX. Manet ergò, quod in Imperio nostro instituendi Postarum Jus soli Imperatori, uti Regale Reservatum, competat. *Dann Post auffrichten / ist ein Stück der Kayserlichen Reservaten vnd vorbehaltenen Hochheiten. arg. tit. C. de Curs. publ. Wehner. obs. pract. verbo Post Gilhaus. in arb. judic. c. 1. p. 1. de jurisd. n. 14. quod etiam ex R. I. de Anno 1641. §. 39. patet. v. Merckelbach. num. 1.*

XXXI. Ante hac quidem Postis præscribi potuisse antequam Imperator eam pro Regali & Reservato sibi habere coeperit, statuit *Dn. Hærnigk. qui allegat. Mynsing. in 165. suis cent. 6. obs. 28. n. 6. apud quem tamen ne gr̃y hujus rei mentio fit. Jam tamen hâc ex*  
causa



causa materiam omninò impræscriptibilem factam esse, nec immemoriam præscriptionem ullum locum obtinere.

XXXII. Ex præmissis confectarium est illi soli Jus universale Postarum instituendarum competere, qui Jure Majestatis gaudet, Dann keiner kan das Post- ampt vnd was demselben anhängig / auffrichten oder bedienen / es seye ihm dann zuvorderst von der Kayf. Mayest. anvertrauet / auch hierüber Kayserliche Pas- tenten oder Diplomata mitgetheilet worden. Merckel- bach, inter. Consil. Klock. tom. 1. cons. 32. num. 9. quibus autem illud jus non competit, ijs nec Postæ institu- tio. Hinc quæritur: cui, vel quibus competat *Posta- rum institutio* tempore inter Regni? Resp. licet regu- lariter, sede vacante, capitulum in administratione & Jurisdictione succedat. *c. his que. ii. c. cum olim 14. de major. & obed. & Imperium seu Regnum Acephalon* Generales ordinarie *Postas* possit, tam diu duraturas do- nec alius sit rursus Cæsar electus, tamen consuetudi- ne obtinuit ut Palatinus tantum & Saxo huic præf- sent. *c. 5. A. B.* Wie oft das H. Reich / als obsteht / les- dig wird / soll der Erleucht Pfalzgraff bey Rhein / des H. Reichs Erz Truchses / an statt eines Römischen Königs / in Landen am Rhein / in Schwaben vnd Francken / von des Churfürstenthumbs / vnd Pfalz- graffschafft wegen / ein Verweser vnd Pfleger des Reichs sein / mit dem Gewalt / Gericht aufzurichten / vnd zu vben / Gottes Gab zuverleihen / die Rent vnd Nus einzusambeln / von denen die Lehen empfangen / die Trew vnd Eyd der Gelübdnus der Statt vnd im- nahmen des Reichs einnehmen / die man doch hernach einem Römischen König / der dann erwöhlet wird / zu sein er



seiner zeit all erneuere / vnd End schwehren soll / 22. hi enim tempore Inter Regni *Inter Reges*, qui *Provisores* vel *Vicarij* sunt, consequenter *Iure Postarum* gaudent, ut sufficienter ex allegat: c. A. B. patescit. *Dan. Otto de I. P. c. 16. Diss. Pontificij*, qui magno consensu Papæ Vicariatum Imperii tribuunt, propterea quod Imperium immediatè ab Ecclesia dependeat, ac proinde eo vacante ad illius Jurisdictionem redire debeat. c. *si fratrum ne sed. vac. in Extravag.* Et quod magis est, auctoritatis Pontificis non saltem tempore Interregni Papæ Vicariatum assignant, & quidem secundum illorum opinionem de Jure, sed etiam Papam pro summo Principe agnoscunt. *Covarr. c. alma mater p. 1. §. 1. num. 4. de sent. excommunicat. lib. 6.* & quantum Sol Lunæ, aurum Plumbo, Anima Corpori præstat, tantum etiam Papam Cæsari præstare, nugantur. *C. solita, §. præterea de major. & obed. v. duo sunt cum seqq. dist. 96.* Eoque supra omnes leges constituto *C. proposuit de concess. præb. C. si Papa 41. dist. cap. nunc autem dist. 22.* fas ipsi esse etiam Imperatoribus illudere: quod in Fridericum Cæsarem æterna memoria dignissimum, Alexander Pontifex Venetis statuere non erubuit. *Peucer, 4. Chron. pag. 905.*

XXXIII. Inter causas minus Principales, seu Ad Causa minus principalis, iuvantes, optimo jure referuntur primùm *supremus*, seu *Generalis Postarum Magister*, Deinde *Submagistri*, denique *horum Ministri*, Postigliones, seu *Cursores Publici*, dicti: In aula Divi quondam Imperatoris Romanorum Ferdinandi II. *supremus rei Cursoriæ Præfectus*, Germanicè *der Kayf. Erb-Land Hoffpostmeister* / per hæreditarias Domus Austriacæ Provincias, dictus est generosissimus Baro, Dn. Joh. Christoph. de Paar.

C

In



In S. Romano Imperio Illustrissimi Comites de Tassis seu Taxis, hætenus *Bruxellis* habitantes (quorum familia tantum non ducentis annis Rei Cursoriæ publicæ in Hispania, Italia Belgio, &c. laudabiliter & quasi à fato ad nobile hoc munus singulariter electa, & erecta præfuit: ) Generalis hæreditarii Postarum Magistri, nomine ac officio S. Majestatis indultu gaudent; qui liberam correcturæ dispositionem, & plenariam Jurisdictionem in omnes Postarum Magistros, Officiales, & si quid aliud ad debitam administrationem, directionem & inspectionem officii pertinet, habent, quod ex literis investituræ Imperialibus quas Imperator Pisonii 10. Novembris 1646. ad Senatum Norimbergensem dedit, probari potest.

XXXIV. *Submagistri* à supremo seu *Generali Postarum Magistro* ad hoc certò sunt conducti solariò, quæ de causa nonnunquam *Commissi* vel *Commissarii* vocati ut officiis ita enim appellantur, præcipuè ædes literis colligendis ac distribuendis, Postisq; expediendis dicatæ, præ sint, v.g. *Officium Colonienſe, Augustanũ, Norimbergense, Rheinhusanũ, Francofurtense, Hamburgense, &c. Germ. Postämpter. Cursorumq; curam gerant singularem, Germ. Postmeister / Postverwalter / Commissarii*, ubi notandus differens nominandi modus: *Cæsaris enim Postarum Magistri vocantur Postmeister / Principum Expeditores Dicasteriales Bottenmeister / Civitatum Tabellarii & Dromi jurati geschworne Botten.*

Materia sub-  
jectiva.

XXXV. *Postigliones*, sive *Ministri*, seu *Cursores* publici sunt qui ancillantur submagistris, hi *cursores* à currendo ita dicuntur, quod citò progredi vel pergere significat, ut flumen currit. *l. f. de Serv. Præd. Rust.*



*Rust.* cursus fluminis, l. i. c. de *alluv.* Sic currere in equis. Hi statis locis mansiones suas positas habent, quorum diversoria *Stathmi* vocantur. *Tabætius* appellat *Stationarios*: Sic & olim peracto singulorum dierum penso, mansiones habebant, quæ *ἀγγαρά* vocarunt, vide si integrum est *Coël. Rhodigin. lib. 18. c. 8.*

XXXVI. Materiam & ansam præbet cursui omnis Materia ob-  
jectiva.  
Cursus, sine determinatione positus. Dicitur autem *Cursus* à velocitate crurum. Est enim cursus velocitas, agilitas, seu celeritas pedum, secundum *Isidor. Etymolog. 18.* & *Lucam de Penna ad Rubr. C. de curs. publ. angar. & parangar.* A cursu dicuntur *Cursores*, ut *Posta, Postbotten / Camera Imperialis, Cammer, Bot- ten / Judiciorum Gerichts = Botten.* Herodotus cursum vocat *ἀγγαρεῖον δρόμαξα* lib. 8. i. e. *pernix cursus*, unde *Angaria & Parangaria* nomen in libris juris manavit. *Angaria & Parangaria* quid sint, difficile explicatu est, prolixius tamen & novo modo *Bocer. cap. 3. num. 238. & multis seqq.* ex Jure Civili hoc explanavit, in tract. de *Regal.* quod scil. *Angaria* antiquis Francis *Nothwerck* dicta, aliàs *Fron / Folge / Reyse / Ehrendienst. Gall. de Arrest. Imp. c. 4.* sit necessitas illa præstandorum *Veredorum*, id est, *cursualium equorum vel munerum*, qui ad felicissimam Regalis numinis expeditionem, zu einem *Römerzug / à Provincialibus* exigendi sunt, deficientibus nimirum *Veredis*, cursualibus equis aut mulis, quorum Custodes hodie *Postilliones* vocantur.

XXXVII. Præter personas ad *Postam* sic proprie Equi cursorii  
dictam hæc ætate & imprimis in Europa insuper *equi cursorij* pertinent. Persona est ille qui equo, asino, bove, mulo, vel camelo insidet. Dicitur quoque de



hominibus sine necessitate festinantibus & quasi currentibus. Er gehet als wenn er auff die Post gienge. Equites autem cur dicti, consuli potest. *Alciat. ad l. plebs de V. S. Bud. in l. ult. ff. de Senator. Augustinus c. 2. de Civ. Dei* sic dicit: Eques, ait, non homo, & equus, sed solus homo est. At *Gellius, Marcellinus, Macrobius, & Servius* docent, equitem pro equo accipi, testimonio tum *Ennii, tum Virgily.* Equos cursorios, equos publicos appellamus, ut legere est apud *Ammian. Marcellin. & Procop. lib. 2. de bell. Persic.* quos nostri hoc tempore *Postas, & equos Postæ* vocant, unde & *cursus publicus* dicitur, vocantur alio nomine *Veredi*: sunt autem. *Veredi* nihil aliud, quam equi cursuales, qui à Græcis *ταχυδρομοί*, seu equi, vel muli publici, publico cursui deputati. *l. 1. C. h. t. Cujac. ibid.* Veteres enim non equis, sed mulis usi sunt. *Coras. 3. miscell. 20. Perez. in Cod. h. t. de Curs. publ. n. 9.* qui dispositi in omnibus provinciis habebantur, & certè singulis in locis haud pauci *l. 7. & seq. C. eod. tit.* *Veredorum* fit mentio *in l. 4. 7. 8. 12. 13. 15. 20. & ult. C. d. t.* Quibus locis omnibus *Veredi* nomen sine *h.* scriptum legimus. At *in l. ult. §. 12. ff. de mun. & honor.* eadem vox cum litera *R.* conjunctam habet aspirationem, *H.* ex eo forte, quod auctore *Festo* prima *Veredorum* origo est quod *Rhedas* ducebant, in quo vehabant homines. *Bocer. de Regal. cap. 3. num. 240. & seqq. Hegendorph. ad tit. ff. de in Ins voc.* Inde qui jussu Principum huc atque illuc cursu publico mittuntur, *Veredarij* ab Hieronymo in historia *Esther* vocantur, quos *Josephus Angaros,* & ad *Eustochium Clericus Vagus, Veredarius Urbis.* *Cujac. ad d. s. Coras. in Miscell. 11. cap. lib. 1. n. 4. & 5.*

Quadruplex  
cursus.

XXXIIX, Fit autem omnis cursus quadrupliciter,  
vel



vel pedibus, vel equo, vel curru, vel navigio. Pedibus cursus publicus fit per vias publicas, quas germani vocant, Landstrassen / Heerstrassen / Königsstrassen / unde Italicum *Strada*, Virgilio & Lucretio. Poëtis via publica dicitur *Strata viarum*, posteriori autem seculo simpliciter *Strata* nuncupata est. Ex Italico *Strada* & nostrum *Strasse* / non improbabiler dictum putat. *Dn. Fritsch in suo tract. de Regal. viar. publ. Iur.*

XXXIX. Inclyta hæc civitas Argentina (à nonnullis Augusta Treboccorū dicta) germanicè *Strasburg* vocatur, vel à platearum numero & capacitate, *Gerard. Mercator. in Atlante Majore p. 229.* vel à platea, quod olim *Attila Hunnor, Rex* destructâ civitate, amplam per eandem dederit plateam, daß er eine große *Strasse* dardurch gebrannt habe / quam opinionem communem esse testatur, *Adrian. Romau. in urb. præcip. descript. Münster. lib. 3. Cosmograph. cap. 158. p. 643. Conf. Chronicon. Argentorat. Wie dann noch heutiges tags eine lange Straß durch die Statt ist / von der Weissensthurn-Pforten an / biß zu S. Andres Thörlein. Lymn. I. P. tom. 3. cap. 3.*

XL. Hæ viæ publicæ adjiciuntur *Regalibus Majestatis* 2. 56. *in pr. feud.* Dominis territorii tamen competit jus conducendi peregrinantes per vias publicas. Die gleichliche Obrigkeit auff freyer Keyserlicher Heers vnd Landstrassen / quibus non competit tantummodò jus salvi conductus, eorumque securitas & defensio, sed & punitio facinorosorum inest, sine qua illa consistere non potest. *l. congruit. ff. de off. præf. utentes enim hoc jure tenentur deprædatis resarcire rapinam in suo territorio commissam. Gloss. in l. nequid. & ibi Barj. & Angel. ff. de Incend. ruin. naufrag. Zas. 1. consil.*



14. per tot. Andr. Gail. 2. o. 64. per tot. Myns. s. obs. 70. Six-  
tin. de Regal. cap. 2. num. n. 36. Reinck. de R. S. & E. l. 1.  
claf. s. c. f. n. 33. & seqq. fac. A. B. Caroli V. tit. 1. R. A.  
de Anno 1555. § 87. Nach dem aber ein jeder Churfürst / &  
de Anno 1559. § Damit dann die Obrigkeiten. Köppen.  
decis. 37. Schurff. consil. 2. n. 4. Rosenthal. de feud. cap. 5.  
conclus. 22. l. A. novissimè D. Fritsch. in suo tr. De regal.  
viar. publ. Iure c. 12. n. 10. & seqq. Et sic in Camera Im-  
periali contra Episcopum Herbipolensem, ut in suâ  
provincia deprædato mercatori ad nundinas Franco-  
furtenses abeunti, damnum refarciret, iudicatum re-  
fert, modo laudatus Gail. alleg. loc. Matth. Stephan. de  
Iurisd. lib. 2. p. 1. c. 7. n. 397. Besold. thes. pract. in verb.  
Landstrassen / & alio loco in verb. Streiffen. Conso-  
nat Jus Saxonicum lib. 2. Landr. art. 27. ibi. Wer einem  
geleite gibt / der soll ihn für Schaden behüten / oder soll  
ihm den Schaden gelten.

Quæstio quis  
Iudex sit cõ-  
petens crimi-  
nis in via pu-  
blica perpe-  
trati ?

XLI. Occasione hujus quæritur: ad quem per-  
tineat cognitio & executio criminis, veluti homicidii,  
quod in via publica commissum est? variant DD. in  
hâc controversia. Petr. Jacob. Aurel. in aurea pract. libell.  
rubr. 12. n. 68. & seqq. Capoll. tr. de serv. rust. præd. cap. 3.  
num. 50. p. m. 434. Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 2.  
Guid Pap. decis. 573. Bocer. de Regal. num. 145. qui plures  
laudat, feudatario Jurisdictionem circa viam publi-  
cam, ut & cognitionem & punitionem ascribunt.  
Verum contraria DD. Sententia qui cognitionem cri-  
minis Domino territoriali excluso feudatario Jurisdi-  
ctionis tribuunt, probabilior videtur: Et hanc opi-  
nionem defendunt post Schneidvv. ad §. ult. num. 8.  
l. de I. N. G. & C. & ad §. summa, autem divisio n. 67. ff. de  
interd. quem plerique laudant. Beust. ad l. admonendi 31.  
de Iure.



*de Iurejur. p. 483. Knich. de Saxon. non provoc. jure cap. 5. n. 165. Dan. Otto de I. P. c. 11. p. 422. Dn. Schütz de I. P. vol. 1. D. 6. th. 18. Zanger. de Except. p. 2. c. 1. num. 244. D. Carpov. prax. crim. part. 3. q. 110. num. 39. & seqq. D. Struv. Syntagm. Iur. t. de Iud. th. 44. quibus calculum adjicimus.*

XLII. Posta pedestris frequenter in Italia, ac in aliis locis esse videtur, ordinario *Epilophoro* Mantuâ Genuam, Genuâ Parmam, &c. misso. In superiori Sicilia hoc Postæ genus aliàs est usitatissimum, nec minor diligentia perficiendo huic itineri, quàm in Germania & Gallia equestri collocatur, *non enim tergiversandum ubi cursu opus est*; nihil autem magis fideli cursori competit, quàm festinatio, modò fiat sine præcipitania, *cum' sat celeriter fiat, quod fit satis benè, Sueton. in Aug. cap. 25.* Huc non incongrue referri posse videtur, quod *Baptista Pius in annotationibus suis* de Thalo eximix velocitatis viro, quem Jupiter æneis pedibus finxisse dicitur, habet; Plinius author est, Philestam Coum elegiarum scriptorem tam levis ac gracilis fuisse corporis, ut necesse fuerit pedes ejus plumbo aggravare, ne à vento raperetur. Narrat Suidas in Hippiâ, Philippidem cursorem una nocte mille quingenta perfecisse, *Beroald. in Comment. ad Sueton. in Nerone. cap. 30* pro mille quingenta reponit mille quingenta stadia ab Athenis Lacedæmonem bidui spatio cucurrisse, quod magnum reputatum fuit, donec Anistis cursor Lacedæmonius & Philonides Alexandri Magni, à Sycione Elin, uno die 1200. stadia cucurrerunt. *Plin. lib. 7. cap. 20.* Scribitur quoque de Julio Cæsare quod longissimas vias incredibili celeritate confecerit, *expeditus, meritoria rheda, centena passuum mil-*  
*lia in*



lia in singulos dies: si flumina morarentur, nando traiecerit, vel innixus inflatus utribus, ut persæpè nuntios de se prævenerit, verba sunt Sueton. in Iul. Caf. cap. 57. Habet & Turcarum Imperator similiter Præcones quos *Vlacidas* vocat, qui mandata perniciosissimo cursu deferunt, & ex Peloponense Adranopolim, intra quinque dies Præcones venisse, quod aliàs est iter 15. dierum. teste *Lymn. lib. 2. tom. 1. cap. 9.* qui similiter refert Francofurto Barcinonem nono die pervenisse qui Carolo V. electionem primus denuntiaverit. *Sleidan. de Stat. Relig. & Reipubl. l. 1. p. m. 20.* Palladius cursor quidam, (hinc equi Palladii nominati authore *Cassiodoro lib. 14. histor. sacrar.*) tantâ velocitate Veredos egit temporibus Theodosii, ut tribus diebus veniret ad terminos Persarum, & rursus totidem remearet Constantinopolim. De Hercule quoque historiographi referunt, quod uno anhelitu stadium, i. e. octavam partem milliarij, cucurrerit. *Gloss. in §. Universitatis in V. stadia. Inst. de R. D. Sacræ paginæ* similiter mentionem faciunt *lib. 2. Samuel. cap. 2. v. 18. Asaëlis quod fuerit cursus velocissimi, instar capræ quæ moratur in sylvis,* sunt verba textus. De aliis velocitatis exemplis, quorum innumera adferri possent, vide sis *Iacob. Capellum lib. 3. de mensur. tit. 18. p. 144. & Thomam. Garzonum in suo Piazza universale discurs. 45.* qui longâ serie multa exempla refert, ad quos me brevitatis ergò remitto.

XLIII. Quum de Postis quæ fit per equos potissimum hîc agatur, cum quia aptior & magnificentior, tum cum sit usitator, uberius discurrendi ratio nobis occurrit. Cum unus equus alio sit celerioris cursus, eò magis huic negotio perficiendo aptior, hinc Martialis

Stragu-



*Stragula succincti Viator fume Veredi.*

XLIV. Ex quo intelligitur minutiores fuisse hos equos, ad differentiam *Paraveredorum* qui sunt equi majores agminales, clitellares, qui post exercitum, impedimenta, hodie die *Pagage* convehunt. *arg. l. ult. §. patrimonium 21. ff. de mun. & hon. D. Frantz. lib. 2. resol. q. 15. n. 39.* Quos posteriores *parafredos* vocârunt ut in lege *Bajuvanorum*; *Parafredos darent aut ipsi vadant ubi eis injunctum fuerit.* Estque hodie ea equorum appellatio Gallorum, Italorum, Hispanorumque communis, ut refert Jureconsultorum *Antesignanus Jacobus Cujac. ad rubr. C. de curs. public. cis fin. Paraveredorum* meminit. *l. 2. 21. C. eod.* Unde germanicû *Pferd* natum putatur, quos in calce signum publicum, quo nosceretur, habuisse, ex *Ammiano Marcellino lib. 14.* probat *Dn. Wissenbach. in Exercit. suis ad Pand. tit. ff. de in jus voc. th. 4. Coras. 1. Miscell. II.* hi non adeò idonei sunt ad perficiendum cursum publicum.

XLV. Inter inidoneos recenseri possunt *Spissi*, *gradi*, *tardiores*, & *macilenti*, aut *inedia* nimis *consumpti*, adeò ut *costæ* *graduum* *instar* *scalarium* *percutem* *transparent*, *die so hager vnd mager sein / daß man ihnen die Rippen im Leib zehlen kan / de quibus ita Thom. Garzonius in Piazza Univerfale discurs. 44.* *die Würthe halten sich auch nicht allezeit zum besten / ziehen ihnen bißweilen eine Merzen vnter / die einen stattlichen Trab hat wie das primum mobile, so mager / daß man ihnen alle Bein darzehlen möchte / vnd den Wadsack an die Hüffte hängen dörffte / ohne gefahr / daß er könnte herunter fallen / also daß sie auff halben Wege in einem Graben mit abgeschnittenen Ohren / oder geschlizten Naslöchern / damit sie ein andermahl*

Forma equorum, quales maximè legi oporteat.

D

mögen



mögen samtbar seyn / müssen liegen lassen. Nisi enim cum festinatione fiat, non meretur dici cursus, effectus enim arguit causam, non tamen inciviliter cursori festinandum, nec etiam delicatè, quia est modus in rebus, & ea quæ aguntur moderatè dicuntur maturari ex sententia Augusti, dicentis: *Festina lentè*. Necesse igitur est ut equus Postis dicatus, cursum tolutarium, quem Itali Gallopo, hinc Germanicum gallopiren/ vocant, currat, cum *severæ res in crastinum non sint differenda. Cornel. Nepos in Pelopid. c. 3.*

XLVI. Commendantur itaque Turcarum equi, testiculis ut plurimum orbi, Cantherios vocant, perniciosissimi. Sunt enim *Cantherij* equi testiculis defectis, & execti genitalibus, qui cum semine careant languidiores & degeneres sunt: quare Scythis & Sarmatis peculiare est equos præ feroces eunuchos facere, quo mollitis animis mitiores fiant. *Alex. ab Alexandr. lib. 2. gen. dier. c. 10. & lib. 5. cap. 15.* His accensendi Sarmatarum equi: Sarmatæ enim longinqua itinera acturi, inedia pridie præparant eos, exiguum tantum potum impartientes, atque ita per centena millia & quinquaginta continuo cursu euntibus insident. *Plin. l. 8. cap. 42. natur. histor.* Et memorabile est quod *Cominæus in Commemorat. rer. gestar. lib. 1. cap. 4.* scribit his verbis: *Mihi equus erat ultra modum & annis, & labore confectus, is integrum ea nocte temeti utrem ebibit: fortè nares vino meraserat, non turbavi quin totum hauriret. Nunquam tam alacrem & firmum expertus fueram, quam postridie habui.*

XLVII. Ratione sexus Scythæ marium loco fœminis uti maluerunt, quoniam urinam cursu non impedito reddant, Constat in Lusitania Olyssiponem oppi-



Oppidum, & Tagum annum equas Favonio flante obversas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, & gigni perniciosissimum ita, sed triennium vitæ non excedere. In eadem Hispania *Gallaica* gens est, & *Asturica*, equini generis, quos *thieldones* vocamus, minori forma appellatos asturcones gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim capere in cursu traditur. *Plin. lib. 8. cap. 42.* Idem de Arione equo perniciosissimo traditur illum in Nemeis deturbato Rectore Polynice, reliquos omnes cursu anteveruisse. *Alex. ab Alexand. lib. 5. genial. dier. c. 8.*

XLIX. Ad cursum autem provocantur quidam cantibus tiliarum, quidam saltationibus, quidam colorum varietate; Sybaritæ equos ad tibiam in Symposiis tripudiare assuefecerunt. *Petr. Gregor. Tholosan. de Republ. lib. 22. cap. 4. num. 6.* Docilitas enim equorum tanta est, ut universus Sybaritani exercitus equitatus ad symphoniam cantum saltatione quâdam moveri solitus inveniatur. Idem præfagiunt pugnam, & missos lugent Dominos, lachrymasque interdum desiderio fundunt. Hinc versus Virgilij

*Post bellator equis positus insignibus Aethon,  
It lachrymans guttisq; humectat grandibus ora.*

Das ist/

Darauff folgt Aethon das schöne Ross/  
Welches war naß von Thränen groß.

Interfecto Nicomede Rege, equus ejus inedia vitam finivit, quoniam Dominum suum tempore vitæ ita adamaverat, ob mœrorem macie correptus, & tandem mortuus. Antiochi equum non prætereo, qui ut Dominum suum ulcisceretur, Gallo nomine Centoarati

D 2

toarati

De equorum  
docilitate.



toarati qui Antiochum in pugna interfecerat, necem attulit. *Solinus vero Polysth. cap. 47.* Cum praelio inquit Antiochus Galatas subegisset, Centaretrii nomine Ducis, qui in acie ceciderat, equum ovaturus insiluit, isque adeò spreuit lupatos, ut de industria curvatus, ruina se & equitem pariter affligeret. De docilitate equorum ulterius videri potest *Thomas Garzonus in Piazza universale discurs. 80. Rubr. von Vereis tern/ Pictirern/ & Gumpelsheimer in Gymnasmat. de Exercit. Academicor. part. 3. sect. 2. de equitatione.* Hæc & similia licet ad juris scientiam parùm faciant, antiquitatis cognitioni tamen inserviunt.

XLIX. Equi illi publici publicè seu sumptu Principis olim alebantur, apud nos autem privato sumptu sustentantur *Postæ*, & cum stabulariis locati conductique agere possunt, quod sequitur *Pacianus consil. 161. num. 6.* & innuit *Guido Pancirol. Comment. in not. Imper. Orient. c. 6.* hodie inquit: *cursus publici ratio aliter se habet, caupones enim suos equos ad currendum cui-cunque volenti locant, & privatam rem potius quam publicam curant, solum currendi facultatem à Principibus emunt vel gratuito obtinent,* licet hæc & similia ita se habeant, ut quilibet hodie equis celerum commeare possit, manet tamen sine ulla contradictione verum quod privatus equos dispositos in rem habere non possit, vel officium administrare nihilominus tamen Jus Regale manet, ejus enim usus ex diplomate vel concessione Cæsaris dependet, adeò ut *Postarum Magistri* alios Imperiali diplomate destitutos, rectè inde arceant, *Cass. Klock. de contribut. cap. 2. num. 26. Thomas Merckelbach inter consil. Klock, tom. 1. consil. 32. num. 4.*

L



L. Tempore necessitatis, & ubi urgente bello, equorum copia haberi nequit, etiam alia animalia in equorum vicem substituuntur, quæ Postæ Asinina (Asinaria) die *Esels Post / Esels Postilion* / dici potest, quam *Postam* à se visam esse refert *Dn. Hærnigk.* Quod autem postæ bovinæ, *Ochsen Post* / à quibusdam fiat mentio, metaphoricam & impropriam potius locutionem esse, ad indigitandam & describendam inanem tarditatem, unde proverbium ortum: *Es gehet als wann man mit Ochsen rennete.*

L I. Quod autem ad cursum publicum bobus, mulis, atque asinis usi fuerint, patescit ex *l. 1. C. Theodos. eod. tit.* Sic Carolum Magnum iter fecisse carpento, junctis bobus, & bubulco, rustico more agente, quibus usus fuerit ad cursum publicum, testis est *Eginhartus*, quod tamen *Julianus* sustulit *Socrates* autor est. *lib. 3. c. 1. Cujac. ad rubr. C. h. t.*

L II. Cum autem anno 1636, & 1637. omnes fere equi & animalia à militibus essent abacta Præfecti Postarum literas per ancillas transferri curarunt, de formes tamen, propterea que de infessoribus hujusmodi equarum cursoriarum tantò minùs sibi metuentes, verba sunt sæpius laudati. *D. Hærnigk. p. 113.*

L III. Possunt & cervi ad peragendum cursum publicum erudiri. In Finlandia & Lapponia cervorum genus est mirandi cursus, quæ animalia rangifera domestica, (sunt enim & sylvestria,) vulgò *Kennthier* / ab effectu vocata, nam *Kennen* / idem significat quod *lauffen* / de quibus vide *Olaum Magnum & Fræschmaüler. cap. 7.*

L IV. Comites Stolbergenses cervum equi instar educârunt, & frenatum produxerunt in Comitibus



Augustanis, cum Imperator Carcl. V. hippodromum instituisset, cervus ille omnes equos Turcicos, Hispanicos, & Ungaricos celeritate superavit, quod summâ cum voluptate visum est. *Lehman. in florileg. Polit. verbo Natur. num. 40.* In Palæstina Balduinus Rex II. columbam tabellariam cepit, quam pro lætis tristes literas domum ferre fecit. *Pompon. Lætus in Compend. histor. universal. c. 10. sect. 1. p. m. 259.* De columba tabellarica consulatur prolixius Emanuel Meteran<sup>9</sup> in *histor. Holland. lib. 5. p. m. 259. 261. & 262.* Similiter Merthes Rex Aegyptii cornicem cicuravit, & ita informavit, ut literas ad mandatum ipsius apportaverit, quo jussit, edoctaque quo avolare & subsistere deberet, *Celius Rhodogin. lib. 13. antiq. lect. Thomas Garzon. in Piazz. universal. discurs. 136.*

L V. Non solum autem cervi, columba, sed & alia animantia ad cursum assuefieri possunt. Cui enim incognita est mira facilitas in discendo canum à (canendo ita dicti) quibus, si *Lipso* credimus, non bis præscribi quippiam necesse est, dum loquitur de suo *Mopso*. Fuit tempore præfati Lipsij Lovanii canis, qui literas milo sive collari insertas & aptatas, signo ab heri accepto cursum Bruxellam deferebat, in notam ibi certamque domum, hoc factò, ibi religabant canem & pascebant, literas à se aut aliundè acceptas iterum inferebant, & fidelissimi & celerrimi nuntii vice canis eodem die referebat, *Conf. lust. Lipsium. cent. 1. ad Belg. epist. 44.* ubi multis & variis exemplis canum robur, ingenium, vigilantiam & fidem plenius deducit.

LVI. Non solum autem equis, sed etiam rhedis, curribus subinde utimur: antiqui enim non equis singulis ut expeditis, ut hodie, sed vehiculis utebantur,

testes



testes sunt *Budeus*, & *Nebriffensis in suo Lexico lurid. supra citati*. Erat autem *rheda* leviculi cursus in quo gestabantur nobiliores in villas suas, vocabulum origine gallicum, teste *Quintiliano*, longâ tamen usurpatione in latinum transmutatum, utitur eo *Iavolenus in l. cum plures ff. locat. Coras. l. 3. miscell. c. 20.* autumat *rheda* leviculum currum duarum rotarum fuisse, quo usi etiam abjectissimi, & *Cicero in Philipp.* Vehabatur in *essedo* tribunus plebis, lictores laureati antecedebant, inter quos aperta lectica mimæ portabantur, sequebatur *rheda* cum leonibus, Comites nequissimi quales itaque *rheda* vectarentur, solus ornatus ostendebat. Eâdem multi simul commodè vehabantur, dummodo mularum (quibus non equis ad vehicula veteres usos ubique comperiri testis est *Corasius*) juga oneri suffectura adhiberentur. *Rheda* germanis est, ein *Gutsche/ Landgutsche*. Qui cursus cum sit nimium sumptuosus propterea quod vehiculis fiat, isque etiam tardior, non adeò frequens, imprimis quia præter equos, etiam bobus & asinis utebantur.

LVIII. Currus quadrirotum est, hoc est quatuor rotarum à quo fit *carruca*, quæ parvum currum significat, totidem rotas habentem. Eas etiam *carrucas* in Italia frequenter fuisse comperimus, quippe *Nero Cæsar* nunquam minùs mille *carrucis* iter fecisse proditur, longo semper agmine impedimentorum incedente. Consulitque *IC. Vlpian.* in *l. item queritur. in pr. ff. locat.* titulo locati quod si *cisiarius*, id est *carrucarius*, dum præterire contendit cæteros, *cisium* everterit, & servum quassaverit vel occiderit culpa non liberari, sed in eum ex locato jus dari, & agi licere, *Alex. ab Alex. lib. 2. genial. dier. c. 30.*



LIX. Habuerunt etiam Veteres carrucas in delitiis, unde disputat Scævola an sub mundi muliebris, & omnis ornamenti legato cum mulis qua uxor sit semper usa, contineatur. *l. 2 ff de aur. & arg. leg.* Decilio & aliis generibus vehiculorum quorum in Jure frequens fit mentio consuli potest. *Coras. in suis miscell. lib. 3. cap. 20.* De origine eorum videri possunt. *Polydor. Virgil. lib. 2. cap. 12. A. Gell. 15. cap. 30. Isidor. l. 20. Alex. ab Alex. lib. 2. genial. dier. c. 30. p. m. 109. Thomas Dempster à Muresk. IC. in lib. 7. Antiq. Roman. Rosin.*

LX. Curru seu rheda & quadrigis Posta fit in Italia, Mantuâ & Parmâ Mediolanum, Mediolano Venetias, currus ordinarios quoque in Hollandia frequentari videmus cottidie, inque Britannia maximè equis cum curru vehi, virosque foeminas à posteriore parte secum ducere, In Gallia Parisiorum Lutetiis ad Mediomatrices & Argentoratenses currus ordinarius destinatus est, De curru Parisiorum majoris informationis ergò haud piget ordinationem hâc de causa factam apponere:

Zu wissen hiemit / daß die ordinari Gutschen vnd Güterwägen / von Paris auff Straßburg / hinfüro continuiren, vnd vber Metz gehen werden / vnd wird dero Abreyß folgender gestalte Sommerszeit geschehen:

Als

Von Paris vnd von Straßburg alle Freytag.  
 Von Metz nacher Straßburg alle Sambstag.  
 Von Metz nacher Paris alle Dienstag.

Winterszeit.

Vnn Paris alle Freytag.  
 Von Straßburg alle Montag.

Von



Von Metz nacher Paris alle Sambstag.

Von Metz nacher Straßburg alle Montag.

Man wird für jede Persohn von Straßburg nacher Paris nicht mehr bezahlen als 10. Reichsthaler für ein Pfund Hades 2. Saken / was aber Kauffmannsgüter seyn / wird man sich darumb vergleichen.

Gemeldte Gutschen vnd Güterwägen logiren in Straßburg zum Rappen. In Metz à la place St. Jacques. In Paris Ruë Grenetat au gros Tourmois St. Nicolas des Champs.

LXI. Hi currus germanis Landgutschen / Kollwagen dicti, vulgaribus plerunque solent esse longiores, ut eò plures confideant, simulq; vehantur ad eundem locū. Licet autem *Posta* quæ mediante vehicula, effedo, carruca sive cisis fit tardior procedat, hominesque & concredita non ita veloci peragantur cursu, meminit ramen *Cicero pro Rosc. Amerin.* quod primo diluculo nuncius Ameriam venerit, decem horis nocturnis, sex & quinquaginta millia passuum cisis pervolaverit minori tamen cum molestia inservire videntur, quam ideò Augustus per modica intervalla disposuit. *Sueton. in Aug. c. 49.* ut per literas & Veredarios celerimè, & *sub manum*, ut cum *Seneca lib. 10. epistol. loquar*: cognoscere posset, quod ubivis gereretur, inde vehicularis cursus *l. ult. §. 4. ff. de Mun. & honorib. Veteres* etiam usi sunt equis sine vehiculo, quos *Cassiodor. lib. 3. variar.* Cursuales vocat ad differentiam eorum qui juncti rhedæ Veredi inde appellantur. *Levin. Torrent. ad Sueton.* apud eosdem etiam vehiculi genus *clabula* erat, inde *cursus clabularis. Cujac. ad l. 22. C. h. t.* Quibusdam in locis ut in Gallia & Lotharingia cisia, Gutschen vnd Kugelwagen sunt in usu, quanquam & in paucis Germaniæ locis.



LXII. De cursorum navigiis sequitur ut videamus; igitur ut ab hoc incipiam de navium inventione paucis differamus; Doctores ratione inventoris in diversas secedunt sententias, Cretenses, Neptunum navigandi artem invenisse, asserunt, Diodor. ait: à Saturno patre classi maritimæ præfectum esse, eaque imprimis ratione, Deum maris habitum esse. Alii Minervam primam navem molitam esse tradunt. Clemens Alexandreus Atlantem in Lybia naves excogitasse scribit. Pomponius Mela Phænicas ait maria adire instituisse, quod & Tibullus eo versiculo testatur:

*Prima ratem ventis credere docta Tyros.*

LXIII. Dionysius Punicus, Aegyptiorum inventum naves arbitratur, authorem non moramur sufficit in præsentis seculo navigiorum usum in florentissima esse observantiâ, quod non tantum verum est de bellicis sive militaribus, Germ. *Kriegs-oder Orlogsschiffen*/quæ hujus loci non est, sed de cursoriis notius est.

LXIV. Lilius Gregorius Gyraldus in suo tractatu de re naut: duo genera navium tradit, & distinguit naves onerarias à cursoriis, quas mavult ita, quam (ut quidam bene docti, ut ipse loquitur) *fugaces* appellare, naves cursoria etiam appellantur *celoces*, naves *Liburnica*, *lembi*, naves *tabellaria*, *præcursoria*, de quibus omnibus qui plura desiderat adeat *Ioann. Schefferum Argentoratensem in libro suo de militia navali*, & *Dissertationem suam de Navium Varietate*. *Willebrord. Snellium à Royen R. F. in suo typho Batavo sive histiodrom. de Nav. cursib. modò laudatum Gyrald. Benvenuto. Stracham. in suis tractat. de Naut. Navig. & Navigot. Vegetium de re militari, & ibi Stevvich, Garzon, discurs. 143.*

LXV.



LXV. Hic cursus nobis non adeò frequens, imprimis in Germaniâ superiore, non videmus hos cursus exerceri, quò autem infrequentior in superiori, eò usitator & frequentior in Germania inferiori, & plaga septentrionali. In quibus regionibus vocati *Fehrschütten/Treckschütten/Yagten/Galliottē* quorum saluberrimo remedio singulis horis ad certa nobis proposita loca exiguoque pretio pervenire possumus, & nisi exercitor navis ad sonitum campanæ navem solvat, multatur; & quod magis est, vectores sibi certò proponere possunt (navigante vento secundo nec ne, perinde est, utuntur enim in Hollandia ut plurimum equis quos navibus præficiunt,) se vel Amstelodami, vel Lugduni Batavorum, vel Ultrajecti ad Rhenum &c. velle esse præsentis.

LXVI. Sic Mari Postas Venetorum Respublica instituit versus Orientem (*Levante* vocant Itali) ut Alexandriam seu Cayrum (ubi consulem seu legatum suum habent:) item in Thraciam, ut Constantinopolim, multaque loca alia eò citiùs pervenire possint. Idem fit ubi literæ ex Hispania in Siciliam, Melitam, Africam, Sardiniam &c. vel è contra; aut ex Anglia in Germaniam, Galliã, aut Bruxellis Antverpiam, &c. sunt deportandæ. *Dn. Hornigk, cap. 9. theorem. 2.*

LXVII. Hoc Postarum genere non omni tempore Cursores uti possunt, non enim integro anno vis atque acerbitas maris patitur navigantes, sed quidam menses aptissimi, quidam dubii, reliqui classibus intractabiles sunt, lege naturæ. Navigationis autem tempus opportunæ in jure nostro *ab Impp. de finitum est, qui rescripserunt in l. 5. C. de naufrag.* sequentibus verbis: *Susceptionis autem necessitas ex Kalend.*



*April. in diem Kalendarum Octobris mensura servabitur,* addit *Dionys. Gothofred. in not. ad d. l. rationem hanc,* quod tùm temporis caloris & æstatis beneficio vis ventorum mitigetur, *Beneven. Straccha in tract. de nau. navib. & navigat.* hanc subjicit, quod tempore hyemis & prohibitis mensibus navigatio sæpè periculosa sit, & semper incerta, quæ ratio non est cerebrina sed ex ipsissimis LL. deprompta, *Confer. l. 6. C. de off. rect. prov. Lucas de Penna in l. quoties 5. sub n. 25. Bartol. tamen ad istam l. quoties asserit,* in hoc consuetudini standum esse, nec ullum sentire damnum si alio tempore naviget, modò faciat illud, quod fecisset diligens navicularius, & subjicit legem illam desuetudine inolevisse, maximè apud Venetos qui omni tempore navigant. *Capoll. tract. de Serv. Rustic. præd. Rubr. de Nav. c. 29. num. 5. Et Benev. Straccha antea alleg. loco refert eandem legem etiam Ancona non servari. v. latè Veget. de re milit. lib. 4. c. 39. & ibi Stevvich. in not.*

Forma.

LXIIIX. Tùm autem demum dicitur cursus publicus, quando hic cursus auctoritate Monarchæ, vel summi Magistratus superiorem non recognoscentis instituitur, institutus ab eodem firmatur, & confirmatur, certoque privilegiorum genere munitur; ex quo consequitur Proceribus seu Electoribus Imperii illud jus universale Postas instituendi non competere, non obstat vulgata DD. theorica: posse quemlibet Principem, Comitem, Baronem & Civitatem Imperij in suo territorio, quod potest Imperator in universo, idque in consequentiam dignitatum Imperialium, *Bartol. in l. infamem. n. 14. ff. de publ. lud. Alex. consil. 2. num. 9. vol. 1. Prosp. Farinac. in præct. crim. de inquis. q. 6. num. 7. Decian. resp. 5. n. 17. vol. 4. Marant. in disp.*



*disp. 6. n. 14. Cachet. decis. Pedemont. 88. n. 17. ubi de Duce Sabaudia hoc infert. Paul. de Castro consil. 228. & consil. 34. in pr. part. 2. Wesenb. p. 1. cons. 27. n. 29. & consil. 40. num. 44. Henricus. Göden. consil. 1. de auri & argenti fœd. n. 4. & consil. 2. in pr. Gail. de Pac. publ. c. 6. num. 10. cum allegat, quæ quam temeraria erronea & periculis plenissima latè deducit Dn. Renick. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 6. per tot. add. Dn. Ludov. in Synops. feud. c. 13. de Regal. p. m. 279. dicit hoc Axioma magno errore introductum esse. adde Besold. in tractatu de Appellat. Iuvam. cap. 2. num. 20. Solus Imperator enim cursus Publicos in Imperio nostro quos *Postas* vocamus instituit & cōfirmat, & quamvis alii Principes etiam *Postas* & cursores in suis ditionibus habeant, illi tamen respectu illorum privati censentur, & non *Reichs-* sed *Landposten* dicuntur. Reinck. alleg. loc. n. 138. add. l. nullus & tot. tit. C. de curs. publ. & ibid. Cujac. Alciat. in annot. ad tres poster. lib. Cod. tit. de Curs. publ. ubi notat Impp. per dispositos locos Provinciarum habuisse quosdam equos, qui sumptu publico alebantur, quod adhuc Imperatori competit. Sic Anno 1596. & 97. L. T. ejusq; substituto J. H. à Cæsarea Majestate officium Magistri Postarum confirmatum, reliquis privatis & civitatum Postis *Messger Post vnd Neben Botten* / generali Imperatorio Diplomate officio interdictum. Besold. in thes. pract. in verbo *Post* / hæud secus uti Anno 1579. A. E. S. suis sumptibus Generales Postas per Belgiam & Italiam constituere annitenti à Cæsare pro hujus suæ Majestati reservati Juris defensione severè interdictum fuit Arnold. Clapmar. de Arcan. Rer. publ. l. 1. c. 21. Thom. Michaël. de Jurisd. th. 12. lit. B. Cluten. in syllog. rer. quot. th. 22. lit. B. Reinck. de R. S. & Eccl. l. 1. c. 5. cap. 6.*



n. 136. Georg. Schænborn. Polit. l. 5. c. 17. Bocer. de Regal. c. 2. n. 136. Et invictissimus Imperator Matthias in informatione Bohemica nuper promulgata asseverat, daß die Kayserl. Hoffpost ihrer Mayest. vnd des H. Röm. Reichs hohes Regal sey / vnd desselben getrewe Churfürsten vnd hochwichtigste Sachen betreffen.

De Fine.

LXIX. Finis Postarum generalis est utilitas publica, & publicum incrementum. Tantus enim est publicæ utilitatis favor, ut ea quæ publicè utilia sunt non includantur in his quæ lege prohibentur, & omnibus privilegiis præjudicat, & semper videtur excepta. Dn. Carpzov. lib. 7. resp. 52. n. 37. Dn. Brunneinan. in C. ad tit. de Curs. publ. ang. & parang. cis finem. eumq; favorem nemo impedire debet, secundum illud:

*Publica privatis anteponebunda bonis.*

l. 3. C. de primipil. l. unic. §. 14. C. de caduc. toll. c. Imperialis de prohib. feud. alien. per Lothar. Extra omnem dubitationis aleam positum est, etiam propter publicam utilitatem res seu bona posse auferri. l. 15. §. 1. & 2. ff. de Rei Vindic. rectè additum fuit *ob publicam utilitatem*, ne simpliciter illud objiciatur quod Cavalcan. 2. decis. 35. n. 79. Angelo: dum ita scribit: *Angelus* (subaudi JC.) in eo quod dixit: *Principem de plenitudine potestatis sine causa jus alteri auferre posse, non dixit ut Angelus, sed ut homo mendax.* Et publica privatis anteponebunda l. 2. C. de nav. non exerc. lib. 11. Klock. de contrib. cap. 8. n. 18. Goldastus quoque tom. 3. constit. Imperial. p. 34. Non dubium est ait ad utilitatem Reipublicæ cursus custodiã pertinere, per quem nostris ordinationibus celerrimus præstatur effectus. Lymn. de I. P. l. 2. c. 9. n. 139. Bart. in l. quemadmod. C. de Agricol. & censit. Zas. d. l. n. 23. & sub n. 29. ex Baldo subjicit pro benefacto haberi si aliquid ratione



ratione pacis & quietis contra jus factum fuerit,  
*Reinck. de R. S. & E. l. 1. c. 4. c. 18. n. 8.*

LXX. Cum hæc ita se habeant, summus Princeps, & omnis Respublica in id omnibus nervis allaborare debent, ut beata sit Respublica, quæ resultat inter alia ex eo si summus Princeps indies cognoscat, probeque exploratum habeat, quid in quolibet Imperii angulo & recessu remotiori peragatur, ad exemplum navarchæ; Ut enim optimi navium gubernatores non solum ea parte sedent, qua utilia procurant, sed consilio & tempestitiva prudentia, quæcunque ad salutem attinent, quasi ubique sint, uno tempore prospiciunt; Ita *Augustus: Quamquam in ornanda civitate, variisque spectaculis exhilaranda, vehementer esset occupatus, haud tamen eorum quæ foris essent, immemor esse debet.*

LXXI. Neq; destituimur fundamento, elucet enim ex Recessibus Imperii magnam curam sustinuisse Imperatores, dum illud jus sartum tectum omni sollicitudine conservare studuerunt, id quod imprimis ex R. I. Norinbergæ Anno Christi 1522. §. It. Ist bedacht. clarius elucet quæ verba haud piget apponere. Item Ist bedacht nach dem solcher Botschafft vnd Râthen in der Handlung allerley begegnen / vnd entstehẽ mag / daß in der Instruction nicht begriffen / vnd vielleicht deßhalben weiter Bescheid vonnöthen seyn / sollen zwischen Nürnberg vnd Wien / mitler zeit deß Tags NB. Post an gelegene Orth gelegt werden / darauff sie zu jederzeit was ihnen begegnet vñ gehandelt wird / eylendts vnd förderlich vnserm Statthalter vnd Regiment anhero gen Nürnberg zu wissen thun / vnd deßhalben weiter Bescheid erlangen sollen. Item R. I. de Anno



Anno 1526. Eslingæ. §. Vnd nach dem 2c. Consonat quoque R. I. Spiræ Nemetum habitus Anno 1542. §. Vnd damit man auch. Nec non R. I. de Anno 1641. §. Vbrige übergebene Memorabilia &c. Qui plura desiderat consulat Capitulat : moderni Imperatoris Leopoldi. §. 35. Authorem Der Grundvest des Heyl. Röm. Reichs Teutscher Nation im dritten Stück. ad h. artic. p. m. 238. v. insuper p. 250. & 590. ad quem brevitatis studio me remitto.

LXXII. Neque tantum summi Imperatores Romani solliciti fuerunt in percontando quid in quolibet Imperii angulo peragatur, sed & alii; Ut unum ex multis exemplis in medium proponam, nonne Alexander & re & nomine Magnus, ex monito cujusdam Philosophi in umbilico Regni sedem sibi elegit? non alium in finem, quam ut illic facilius motus gliscentes compescere, & quid ubique geratur, intelligere possit. *Plutarch in vit. Alexand. Arnisæus de Iure Majestat. c. 3.* Quod etiam non obscure intelligere est ex *Apulejo apud Ioan. Brodæum lib. 6. Miscellan. c. 6.* cuius verba hæc sunt: *Horum (Subaudi Cursorum) alij erant nocturni, alij diurni, qui accensis facibus per vices, ex omnibus Regni sublimibus locis in uno die Imperatori significabant, quod erat scito opus. Apulej. lib. de mund. Thomas Dempst. in Antiquitat. Romanor. Rosin. lib. 7. cis finem mavult quod erat citò opus.* Sic hodiernum in Anglia imago accensarum facium altissimis palis (*Bekyns* illi vocant) lumina imponunt, si quando turbarum metus, quo veluti edicto omnes ad arma concurrunt, pro aris & focis dimicaturi.

LXXIII. Deinde ut *Cambium*, der Wechsel / suo præfixo solutionis tempore effectu fruatur, & gaudeat, quan-



quantam enim utilitatem exercitium cambij secum ferat, non tantum Mercatores, sed & in castris Musarum militantes Studiosi summis deprædicare norunt laudibus, quot enim inveniuntur Studiosi quibus parentes ob distantiam loci longinquitatem studiorum subsidia commodè subministrari nequeunt, nisi illis beneficio cambij succurratur, ne igitur officium illis demandatum evadat damnosum, & post conceditum mutuum, nec non quotidianum victum & amictum squalore carcerum vexentur, ad instantiam illorum parentum, vel Tutorum curatorumve chartula brevi paucissimis verbis repleta admiranda conceditur summa nummorum, cum è contra quando aliàs quis mutuum petit, nescio ex quâ æmulatione & superbia quilibet sesquipedalia & turgida verba affectat, nemo paucissimis verbis contentus, & nisi longissimæ, & ad membranam totius cutis bovinæ hæ cautiones extendantur, nihil admodum vel parum fidei his inesse autumant, quia fides etiam magnoperè, & hominum in homines benevolentia atque integritas decreverunt, ut nesciam quam rationem inire quispiam debeat, ut credere securè possit, secus quàm olim ubi major constantia, virtus, dilectio proximi, & veritas ex parte debitorum constabat, exiguæque & brevissimæ erant obligationes, maximè autem fides exuberabat, teste *Tibull. eleg. lib. 1. cap. 10.*

*Tum melius tenuere fidem, cum paupere cultu*

*Stabat in exigua ligneus æde Deus.*

LXXIV. Et hæc Posta non tantum tempore pacis maximam affert utilitatem, sed & tempore belli, quis enim non videt quàm utile & proficuum sit hostium facta & intentiones pro explorato habere, per

F

hos



hos cursores enim Principes intelligunt quid ubique geratur, motus gliscentes compescunt, hostium arcana explorant consilia, quid hosticis in locis peragatur, machinetur & intendatur, mandata dant subditis, & Magistratus sua ad Principem obsequia & responsa deferunt. *Perez. in Cod. ad h. t.* exemplum unius sufficere debet, ad plurimum excitandam prudentiam & vigilantiam: Sic *C. Marius Cos.* bello Cimbrico & Teutonico ad excutiendam Gallorum & Ligurum fidem, literas eis misit, quarum pars prior præcipiebat, ne interiores, quæ præsignatæ erant, ante tempus certum aperirentur, easdem postea ante præstitutum diem repetiit, & quia resignatas repererat intellexit hostilia agitari, sunt & alia explorandi genera, quæ latè examinat. *Iul. Frontin. suo stratagemat. lib. 1. cap. 2.*

LXXV. Quum satis multa ut opinor de usu & utilitate Juris Postarum quam tempore belli præbet attulerim, priusquam ad alia me conferam, de utilitate & commodo quam tempore pacis, & aliàs in genere sine ullo temporis discrimine affert, quam potero brevib<sup>9</sup> subjungere par visum est, ne quod potissimum attingi debebat, prætereatur. Illa igitur Postarum utilitas illud est commodum quod vix sine illa hominum vita subsistere possit, cum enim non omnis ferat omnia tellus, neque ulla regio, nulla provincia nedum civitas sibi sola ad omnia sufficiat, sed altera alterius ope & auxilio indigeat, dann ein Land hat nicht alles zur hand. *Lehman. in florileg. polit. verbo Rauffmanns schafft/* quam multæ enim urbes loco tam sterili sitæ sunt, ut in iis sine mercaturâ non tantum, non commodè vivi, sed ne vivi quidem possit. *Bodin. 3. Polit. 3.* hæc enim frugibus, tritico & vino, alia pastione, hæc  
auro



auro & argento cæterisque metallis , alia materiis, aliisque rebus abundat: contra prædictis vel harum aliquibus vacat, quod bellissimè Poëtarum facilè Princeps *Virgil. hisce versic. Georg. lib. 6. hæud obscure innuit.*

*India mittit ebur, molles sua Thura Sabei  
Aut Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus  
Castorea, Eliadum palmas epiros equarum.*

LXXVI. Unde & *Plinius lib. 7. c. 56.* victus causa mercaturam inventam dicitabat, & summæ prudentiæ atque auctoritatis apud Græcos *Plato in Dialogo 2. qui inscribitur de Republ. vel de Iusto*, inquit: *constituere civitatem eo in loco in quo advectionibus non indigeat, ferè impossibile est, & sanè nisi beneficio celerum seu Postarum* exterorum nationum negotiationes nobis innotescerent, magnis sumptibus & cum summo vitæ periculo, vel ipsimet, vel per nuncios & ministros nostros ad hoc singulariter constitutos negotiatio esset perficienda, cum è contra beneficio *Postarum* hæc omnia in absentia fieri possint, quot enim conventiones in quibus maximus relucet *Postarum* usus, remotis contrahentibus & invicem ignotis perficiuntur. Nisi brevitatis studium me moneret per omnes conventiones utilitatem hujus *Postæ* ostenderem quas quidem habeo privatim connotatas, sed missas facio, innumerabilibus etiam hæc illustrari possent exemplis, sed quis sese exemplorum omnium acervis obrui patiatur, omnes etiam utilitates speciatim enumerare quis præsumeret, quæ apud omnes pro cujusque intentione ac desiderio variæ ac innumerabiles sunt; apud omnes in confesso est, si hoc beneficio defraudatum esset nostrum Imperium quanta iniopia multisum rerum videretur,



LXXVII. Denique *Postarum* utilitas respicit vel universos ac singulos, qui aut literarum aut aliarum rerum transmissione sibi commodo esse possunt, cum enim omnibus absoluta congregandi potestas haud concedatur hoc utuntur remedio, ut & responsa citius respiciant, & occasione oblatâ, quæ volunt celerius feliciusque executa obtineant.

De Effectu.

LXXIX. Executio commissionis per literas à *Posta* fideliter facta, idem operatur, ac si mittens ipsemet coram illud fecisset. *arg. l. 27. ff. de arbitr. l. fin. ff. de Sponsal. l. 1. §. 1. ff. de Procurat.* ubi ea quæ coram interpresentes, & per literas, inter absentes æquiparantur, mediante illo beneficio notitia rerum in diffitis locis gestarum exploratur, commerciorum conservatio & propagatio desiderantibus gignitur, & fit obvia, quæ si lucrum habet moderatum, fiatque sine mendacio & fraude, sine qua mundus decenter alitur. Mercatores tamen vix sine mendacio & perjurio esse possunt, *Szedegin. in loc. tab. de mercat. p. 381. laudatus à Domino Hornigk.*

LXXIX. Mercatorum (subaudi improborum) calliditatem, vafririam, nec non imposturam describit *Coras in Miscell. 24. n. 9. lib. 3. Sneidevvin. ad tit. de S. V. P. rubr. prædiorum n. 18. hisce verbis: Domus Mercatoris ne pannorum vitia videantur, obscuritate & tenebris magis quàm lumine egent, qui ut subtilius fraudent emptores, deducunt eos in officinas tam opacas, umbrosas & obscuras, ut vix venditor inibi emptorem videat, ut non injuria Bald. in C. cum causam de Test. exclamans dicat: O quo vadit anima mercatoris? Propterea illorum substantia nec stabilis neque ad bonum proficit quæ de malo congregatur hinc proverbialia! Unrecht Gut fast  
feste*



selte nicht / hat Adlers Federn / kompt selten auff den  
 dritten Erben / vnd übel gewonnen / übel zerunnen.  
 Et novissime de his bonis nihil remanet, nisi peccar-  
 tum solum *C. ejiciens* II. *dist. 88. D. Chrysostom. homil. 38.*  
*in c. 21. Matth. Wehner. in observ. pract. verb. Unrecht*  
*Gut. De his & similib. vide prolixè Benevenut. Stra-*  
*cham. in suo eleganti tractat. de Mercatura seu Mercator.*  
*quest. 2. num. 4.*

LXXX. Correspondentiæ etiam saluberrimo  
 hoc remedio facta recta conservantur, natura enim  
 hominis naturali instinctu rerum novarum avida est;  
 sic hebdomatim bis, diebus lunæ & Jovis hic Argento-  
 rati ordinariæ Postæ appellant; Relationes sive No-  
 vellas secum ducentes ex dissitis locis, ad cujus imita-  
 tionem & informationem semel in septimana etiam  
 Novellæ in hâc celeberrim. Argentoratensium Repu-  
 blica evulgantur, quas summo eum desiderio avidè  
 expectamus, per quem saluberrimum usum notitiam  
 rerum diversis in locis gestarum captamus, commer-  
 ciorum conservatio & propagatio propalatur, privata-  
 rumque quorumvis negotiorum expeditio gignitur,  
 unde tandem admirandum incrementum Reipublicæ  
 accedit.

LXXXI. Quæ correspondentiæ non tantum cum  
 amicis & fautoribus celebrari possunt, sed etiam cum  
 hostibus, Postarum Præfectis enim integrum & per-  
 missum est cum illis correspondere modò fiat in emo-  
 lumentum & incrementum Regni vel Reipublicæ.

LXXXII. Omnia hætenus recensita operâ & De subjectis  
 industriâ Præfecti Postarum, & horum Ministrorum  
 peraguntur, quæ eò majori cura sunt procuranda, quò-  
 res magni momenti, è quorum numero *Posta* est. Hi



Præfeti Postarum à Generali Postarum Magistro subinfeudantur, id est, feudum quod habent, illis conceditur. *C. investitura §. 1. vers. per feudum, per quos fia. investit. 2. F. 3. C. est autem pr. qualiter olim pot. &c. 2. F. 9.* concurrente tamen consensu Domini. *§. beneficium 2. F. 26. & 2. F. 34.* Germani ejusmodi concessionem vocant *Affterbelehning* / de ratione hujus juris non satis convenit inter DD, adeò ut *Clar. §. feudum. q. 32. n. 1. fateatur*, se hætenus non potuisse aliquam idoneam rationem apud DD, reperire, cur stante generali prohibitione alienationis feudi, subinfeudatio permessa esse debeat. Putat tamen *D. Ludv* rationem ex ipsa subinfeudationis natura desumi posse, quoniam per subinfeudationem jus Domini deterius non redditur, & vasallus qui antea fuit, vasallus esse non desinit, sed præterea etiam alius subvasallus ipsi acquiritur. *Vult, cap. 10, num. 78. Rosenth. cap. 9. conclus. 43. num. 2.*

LXXXIII. Non alter tamen subinfeudatio licita est, quam si tria hæc conjunctim adsint, quæ tria pro forma ad subinfeudationem constituendam observanda veniunt. *Borcholt, consil. 3. q. 1. p. 1. vers. Und die erwöhlte drey requisita. Obrecht. de jure feudi lib. 3. c. 10. n. 9. pr. 1.* ut fiat sincerè & sine fraude, *C. est autem qualiter olim &c. 2. F. 9. & c. si de feudo §. beneficium 2. F. 26.* 2. ut fiat personæ ad servitia præstanda aptæ. 3. ut fiat iisdem conditionibus & pactis sub quibus infeudans feudum à Domino accepit, vulgò *In allermassen / wie sie vom Reich ergangen* / veluti DD, communiter sentiunt, *d. c. lex Corradi §. similiter vers. profectò &c. Duaren. d. c. 12 n. 13. Ioh. Blanch. lib. 1. c. 4. n. 9. Clar. d. quæst. 32. n. 4. Hartm. Hartm. d. t. de feud. obs. 38. Myns. cent. 1. obs. 62. Vult. c. 10, n. 81.*

LXXXIV.



LXXXIV. Observatis his tribus requisitis hæc subfeudi concessio etiamnum hodie obtinet, videtur quidem generalis Postarum Magister subinfeudandi arbitrium non habere, cum *Dn. Lamoralis de Taxis* tunc temporis quando coram S. Cæsar. Majestat. subfeudationis & alienationis à quibusdam insimularetur ægerrimè id ferens, scripserit ad Johannem von den Birgden ita: *Ist derothalben vonnöthen / daß ich mich von diesen falschen Auflagen purgire / welche für ein Interim also beschehen muß / daß ich von allen meinen im Reich gelegenen Officiis eine attestacion einziehhe / vnd selbige zugleich ihrer Kayf. Mayest. zusende / darauß mit warheit zuerscheinen sein wird / daß mir nie in Sinn kommen / meine Aempter zuveralieniren / zu hypotheciren / zuverpfänden / eine große summa Geld darauff zuerheben / vnd vielweniger in Aßterlehn zu geben &c.* Verùm si omnis subfeudi concessio cuius Vasallo competit, & subvasallo in infinitum 2. *F. 10. 2. F. 34. Schrad. p. 8. c. 2. n. 13. Rosenth. c. 9. conclus. 45. n. 5.* Et quidem regulariter in omni feudo sive antiquo 2. *f. 3. d. c. investitura*, seculari sive Ecclesiastico, cum textus supra allegati indistinctè loquantur, nec ulla probabilis diversitatis ratio assignari possit, licet *Bald. in d. c. hæc sunt pr. vers. praterea 2. Feud. 40.* de eo dubitare videatur, nulla videtur ratio quæ Postarum Præfecto generali subinfeudandi arbitrium eripere possit. *Dn. Hornigk. cap. 6. theorem. 5. n. 2. & 3.*

LXXXV. Facta ita subinfeudatione consequens est ut quietus Privilegiis à summo Principe impetratis fruatur, à Magistratu loci contra quemcunque impugnantem saltem in honorem & reverentiam S. Cæsaræ Majestatis, defendatur, imprimis ubi ab illa hoc  
ei spe-



ei specialiter mandatur: veluti aliquoties factum præfertim Senatui Norimbergensi Anno 1624. Mense Januarii.

LXXXVI. Quod autem cursus publicus multis pinguibus privilegiis vallatus sit, manifestum ex eo redditur, imprimis ex literis ab Electore Mogunt. ad Sacr. Cæs. Majestatem missis, ubi nominat *Nochbefreytes Kayserliches Post-Regal*, & principio omnia Postarum officia & stativa cursoria contra vim externam sunt privilegiata, sine quibus parùm progressus haberet, appellatur hodie communiter Italico nomine *Salva guardia*, id est, *Salva custodia*, Germanicè, *sonderbahrer Schuß vnd Schirm* / de cujus securitatis siue Salvaguardiæ viribus nullo modo citra sacrilegii crimen dubitare quis potest. *l. 2. C. de crim. sacrileg. Octav. Cacheran. decis. Pedemont. 88. n. 16.* Ab oneribus personalibus & multis realibus, præsertim verò hospitatione militum, aggeres condendo germ. *Schancken bawen* / excubias agendo, & similia, sunt immunes, idque non solum nostri sæculi sacratissimorum privilegiis, sed & Jure Codicis, quòd vult, ut hi qui Imperatorum res procurasse monstrantur, excusandi veniant. *l. 1. C. de excus. mun.* Vectigal & pedagium nullum cursores solvunt, neque in jus vocari possunt tempore cursus. *l. 2. ff. de in jus voc. & ibi Z1.* milites quoque hospitio non recipiunt, neque salgamum præbent, sunt inviolabiles quocunque locorum ambulant instar legatorum, iis noctu adventantibus portæ aperiuntur, quam primùm corniculam suam inflant.

LXXXVII. Impetratis hisce privilegiis à parte ipsius & ministrorum stat ut viarum publicarum cognitionem benè habeant perspectam, sin secùs malè  
Curso.



Cursoriæ Postæ Præfectus appellaretur, & ambo in fo-  
veam cadent, cœco cœcū ducente: ut autem huic ma-  
lo succurratur inservit ille liber cujus titulus est: *Weg-  
weiser auff alle fürnehme Stätte* / & qui huic similes,  
quibus jungi possunt tabulæ seu Mappæ Geographicae,  
locorum situm & distantiam ostendentes.

LXXXVIII. Nec prædicta sufficiunt, sed insuper  
necesse est Præfectū Postæ Ministros habere in prom-  
ptu, quorum fideli operâ uti possit, in quibus præpri-  
mis requiritur ut mundas habeant manus, *si physicè*  
benè quidem, *ethicè* autem melius, optimè *si Theolo-  
gicè*; sit pudicus, fugiat aleam, chartasque lusorias, sit  
pacis studiosus, & obediens, qui jussa absque murmu-  
re faceffat, nec suum contemnat Dominum, aut se  
patiatur corrumpi, *l. 15. ff. de serv. corrupt.* sit denique  
taciturnitatis studiosus, quia consultum est nonnun-  
quam prout celeritatis cursoriæ negotium requirit,  
more illorum anserum qui dum Tauri cacumina  
transvolant, lapillis collo insertis, vocis sibi iter omnis  
obstruunt, sine strepitu & pompa magno enim silen-  
tio, eò quò adire jussi sunt, pervenire, *v. Kirchner. in  
suo Legat. lib. 1. c. 8. num. 14. Francisc. Patrit. in Epitome  
Commentarior. de Reipub. Instit. lib. 5. p. m. 156.* Sed hi  
ministri suut raræ aves, & vix unum è mille videbis  
qui hisce qualitatibus conjunctim sumptis, fuerit do-  
tatus.

LXXXIX. Ut autem eò melius cursus suo frua-  
tur fructu & effectu, optimè faciunt Præfecti Posta-  
rum in seligendo Ministro qui equitandi peritiam ha-  
beat, non quidem artificialem, quæ certis præscri-  
ptis & præceptis circumscripta est, sed sufficit inarti-  
ficialis, quæ nullo informatore & Rectore addiscitur,

G

magis-



magisque longo usu adquiritur, *consuetudo enim est altera natura*; non aspernandi autem essent illi ministri quorum numerus est rarus & charus, qui equitandi peritiâ sunt imbuti, quæ tamen propriè ministris & famulis non convenit, Principem magis illa peritia decet, cum nihil magis sit quod Principem magis deceat & condecoret si artem equestrem optimè nôrit, imò nihil tam probè discunt Principes, juxta *Carneadis vocem*, quàm equitare, siquidem omnes reliqui latus P. P. qui sequuntur, adulari possunt, solus autem equus sessorem, Princeps sit an privatus, nihil moratur, sed tergo cum excutit quicunque equitare nescit. *Plut. de dignoscend. adulat. Gumpelsheim. in Gymnasim. de Exercit. Academ. part. 3. sect. 2.*

XC. Non solùm autem cursores, sed & equi cursorij sunt privilegiati, cum & illi sua expectent præmia, ut loquitur *Cassiodor. l. 2. Epist.* Illorum privilegium exinde patet, quod equi cursorij quibus certæ leges adscriptæ sunt, non lignis (id est) baculis ligneis, vel fustibus, qui inter arma recensentur, *l. 41. ff. de V. S.* sed flagellis tantummodo agitentur, *l. 1. C. de curs. publ.* ex quo colligunt DD. conductorem durius tractantem equum de periculo teneri. *Anton. Corsetus sing. 63. verbo Conductor, Christina Decis. 156. num. 10. Vol. 5.* Neque nimis gravandi equi veredarii. *l. 12. h. t.* ubi certum pondus statuitur, imponendum sellæ & avertæ, sub pœna, nimis enim absurdum est, ut à quo celeritas exigitur, magnis ponderibus opprimatur, cum & ipsæ naves onere gravatæ pigrescant. Equi cursuales qui perpetuis cursibus subjacent etiam benè sunt nutriendi. *Theodoricus Gothus Rex Romanorum apud Goldast. tom. 3. Constit. Imperial. p. 34. Non dubium est,*

est,



est, ait, ad utilitatem Reipublicæ cursus custodiam perti-  
nere: per quem nostris ordinationibus celerrimus præsta-  
tur effectus. Et ideò veluti necessariæ rei major ad-  
hibenda cautela est, ut qui ad continuos cursus con-  
stituti sunt, turpi macie non tabescant, ne jejuna  
tenuitas laboribus præventa, succumbat, & inci-  
piat fieri iter morosum, quod ad celeritatem con-  
stat esse inventum. Neque tempore cursus arresta-  
ri possunt, præsertim quando arrestum pro re mo-  
dica & minima factum fuerit, *minimum enim non cu-  
rat Prætor.* Si verò de facto arrestentur, protinùs  
per Judicem relaxandi sunt. *Dn. Hörnigk. c. 18. theo-  
rem. 14.*

XCI. Omnes autem Ministri Postarum con- De Personis.  
stitui possunt qui nec propter defectum aliquem  
impediuntur, nec lege prohibentur, *arg. l. 43. §. 1.  
ff. de Procurat.* Ob defectum impediuntur qui ratio-  
nis usu destituuntur, vel sibi commissa expedire ne-  
queunt, ut sunt furiosi, mente capti, infantes, &  
muti. *l. 5. 40. ff. de R. I. §. 8. 9. Inst. de Inutil. stip.* fru-  
stra enim illi alienis præficiuntur rebus, qui suis su-  
peresse nequeunt. Aliàs quoad privatos nuntios,  
& ut nunciatio valeat, atque ut inter mittentem, &  
eum ad quem mittitur efficax sit, nihil refert, cujus-  
cunque sint sexus, conditionis, status, & ætatis.  
Nec foeminæ in causis privatis ab hoc ministerio  
sunt arcendi, cum & ipsæ, in hisce causis aliis mi-  
nisterium & operam præstare possint *l. 7. §. 1. ff. de  
Instit. act.* si tamen peregrè abeundum, rectiùs & ho-  
nestiùs faciunt foeminæ, quæ ab hoc ministerio ab-  
stinent. Naturali siquidem pudori haud conve-  
nit peregrinari, & inter exteros obambulare, ut lo-  
quitur



quitur Imperator in l. 14. C. de contrah. stip. maximè cum hoc facilè stupris & adulteriis occasionem præbere possit. l. 9. ff. de adul. caveant itaque sibi foeminae ne illis illud falsum scomma objiciatur, quod in hodiernum diem superest de *Dina filia Iacobi*, quæ egressa est, ut videret mulieres regionis illius, & deflorebatur. *Genes. cap. 34.* Unde veteres admonuerunt, hujus rei mulierem eleganti pictura, cum in cochlea stantem Venerem depinxerint, quod testudinis more nunquam recto suo egredi debeat. *Kirchner. in suo Legato lib. 1. c. 4. n. 206. & seqq.*

XCII. Ministris ita constitutis, ulterius ad curam & sollicitudinem *Postæ Magistrorum* spectat, ut tempore Pestis & contagionis literarum fasciculos non linteis, aut cannabinis, ut vulgò fieri assolet, sed ferreis complicant filis, venenum pestilentiale enim & contagiosum facilè hujusmodi materiae, rebus putredini subjectis, adhærere solet, quod non magnoperè mirandum, cum & leprosum contagium id valeat efficere, *S. Scripturâ teste. Levit. c. 13. vers. 47.* Propterea in bene constitutis Rebuspubl. (*& imprimis in hâc celeberrima ubi omnia quam optimè ad salutem civium & inhabitantium sunt ordinata, & disposita, ex quâ non immeritò ad exemplum Romanorum leges ab Atheniensibus & Lacedæmoniis petentium tanquam ex fonte rivuli in salutem & emolumentum aliarum Rerumpublicarum, civitatum & Communitatum ducendi & hauriendi sunt.*) ad effugiendum & evitandum quoad possibile hanc luem pestiferam, saluberrimè provisum est, ut literæ à locis Pestiferis advenientes, quemadmodum prohdolor! præteritâ æstate, & adhuc quibusdam in locis tra-

ctus



ctus Rhēni hāc lue infectus est, salutifero & præservativo fumo, priusquam personis destinatis extradentur, fumigantur.

XCIII. Ut autem huic malo plenius succurratur, nec aliqua Respublica vel civitas ex hoc infestetur, Præfectus Postæ operam dabit, ut ministri loca suspecta prætereant, hunc in finem cistulæ quæ restibus supra fossam expansis ducuntur, sunt inventæ, ut Francofurti, Norimbergæ, Colonia, & alijs in locis, ut testatur, *Dn. Hörnigk*. Sic hodiernum Colonia Postarum Ministri non intrant civitatem, sed ante Portam in singulari ad hoc extructâ domo literas à Coloniensibus exaratas, & istic præsentēs, nec non secum ducentes, deponunt, & respectivè acceptant, & suo se loco ex templo sine cunctatione conferunt.

XCIV. Quemadmodum autem charta madida, aspera & bibula, periculosior, eo tempore; ita è contra charta sicca, tenuis, & lævigata, per aquam glutinosam ducta, (*planiere Papier* / nobis vocata,) melior, imprimis charta augusta, *das Postoder Regal Papier* / reliquâ est aptior, cùm ob puritatem, tum ob bonitatem, & ad parcendum sumptibus utilitatem.

XCV. Ad excitandam autem Ministrorum vigilantiam & industriam, nec habeant unde colorem tarditatis sibi creare possint, & conquerantur, exacta mercedum solutio haud parùm facit, nemo enim propriis sumptibus militare cogitur, quæ quando exfolvi debet consuli potest. *Hippol. Bonacossa in suo eleganti tractatu de serv. vel famil. quest. 203.* Quando autem perdat mercedem videri potest, *Paul de Ca-*



*stro in l. i. C. de stat. & imag. ad quos brevitatis studio me remitto.*

XCVI. Literæ vocula *Franco*, vel *Franca* rubricatæ sine nummorum exactione destinatis ad quos spectant, extradantur, dicitur autem *franca* à *franc*: sic *francus*, *franca*, *francum*, liber, libera, liberum, ita *Franco per tutto*, id est liber per omnia loca, & *Francare le lettre*, *franquieren*, est literas à solutione liberare, hinc *Franci* liberi, & adhuc hodie Germanis in usu est: *Das ist frey vnd franch* / vide D. Ioannem Bunon. in suo Commentario ad Introduct. Philipp. Cluv. lib. 3. cap. 5. p. mihi 189. Borcholt. in tract. de feud. cap. 4. num. 20. Conf. explicationes vocum Gallicarum ab authore anonymo scriptas ad Decision. Ioh. Galli. quest. 173.

XCVII. Probè tamen observandum est ignorantibus sensum vocabuli *Franco*, quousque sumendum sit, sic se res habet in Imperionostro, quod literæ Argentinae, Viennæ, Pragæ, Lipsiæ, & multis aliis in locis traduntur & solvuntur, quæque simpliciter *Franco*, aut etiam *Franco per tutto* per scribentium incuriam aut ignorantiam & non *Franco per Nürnberg / Waldmünchen / Rheinhausen / &c.* notantur, in loco redditionis justè iterum solutionis vel potiùs alteram ac residuam solutionis partem debeat, quia pretium in alterutro termino non solvitur totum, sed dimidium. Dn. Hörnigk. cap. 13. theore. 23.

XCVIII. Quæ literæ vero vocula *Port* notantur, significant non esse è contra à solutione liberas, quod vocabulum *Port* à portando per Diæresin derivari putem, quasi is qui literas has portat non ineptè portator



tor dici possit in significatione generali, neque mercedem pro portando assecutus fuerit.

X C I X. Expedi itaque omnibus ut omnium literæ tantò citiùs & fideliùs quoad fieri commodè possit, expediantur. Et caveat sibi Postarum minister à literarum sibi concreditarum desigillatione, eum enim in finem literæ sigillantur, ut à nemine nisi ad quem sunt exarata, legantur, secus facientes gravissimis pœnis subjugandos censet *Bartol. in l. Titia column. 2. ff. ad Municip. Roman. consil. 365. in fin. Socin. consil. 122. n. 40. lib. 2. & textus in c. cum olim in fin. ubi Imola, Abbas, & Felin. de offic. deleg. Et affirmat Clarus in §. falsum n. 33. vers. aperiens. Ubi inquit esse communem, & idem antea laudatus Roman. d. consil. 365. ait: Literas alienas aperiens mortaliter peccare dicitur, cum peccatum injustitiæ committat, quæ mortale peccatum est, nam jus alterius scil. tam mittentis, quàm ejus cui mittitur cum custodia, quæ illis convenit, tollit. *Menoch. de arbitr. Iud. quest. lib. 2. cent. 4. cas. 311.**

C. Ob de sigillationis autem metum veteres multa per notas scripsêre, ita structo literarum ordine, ut nullum verbum effici possit, sic extant *Iulij Cesaris* ad Ciceronem & ad familiares domesticis de rebus Epistolæ, in quibus si quæ occulta erant perferenda, per notas exhibuit, ut si quis investigare vellet, & persequi, quartam elementorum literam, id est D. pro A. & proinde reliquas commutet. *Suet. de C. Iul. Cæs* vel B pro A. & C, pro B, ac deinceps eâdem ratione sequentes literas. *Idem de Augusto.* Requiritur tamen in recipiente ut scientiam hujus rei habeat, aliàs Interprete indiget, quod quidem vulgare & tritum est,



est, mirabile tamen & divinum beneficium mentis notas exprimere per verba articulata, accedente consensu significationis. At vocis fugientis sonum mentem retinere literis & signis, mirabilius & utilissimum, non tantum presentibus, sed etiam in futuris seculis, quæ absentes mentis & vocis nostræ sine errore participes faciunt, sic *Quintilian, lib. 1. Instit. cap. 7.* Literarum usus est ut custodiant voces, & velut depositum reddant legentibus, hinc Manilius

*Et hic scriptor erit felix cui litera verbum est.*

*Quique notis linguam superet cursuque loquentis,  
Excipiat longas nova per compendia voces.*

Et mox:

*Hic etiam legum tabulas, & condita jura*

*Noverit, atque notis levibus pendentia jura.*

Hinc Notarij. Erant & hujusmodi notis pleni Jurisconsultorum libri, quas sive siglas, sive biglas dixeris, Imperator utiliter sustulit, *Conf. Goth. ad l. 33. §. 1. lit. b. ff. Ex quib. caus. major.*

C I. Meminit quoque *Cluverus in Epitome historiar. mundi p. m. 231.* Quod *Cicero* extremo in periculo literis jaculo illigatis *Cæsaris* opem imploraverit, Græcamque epistolam, quam lator amento jaculatus intra munitiones fuerat, receperit; sed omisso multiloquio multa à sagacibus excogitata, in medium relinquo.

Objectum.

C II. Collectis sic literis & à Postarum Magistro Ministro extraditis, literarum sarcinam equo superpositam benè custodiat, aliàs sibi persuasum habeat, si per culpam amiserit, illum ex locato teneri,

Postæ



Postæ Magistrum autem ex recepto. *arg. l. 1. ff. naut. caupon. stabular. l. 3. §. 1. ff. eod.* hinc versus.

*Omnia si perdas bulgam servare memento*

*Quâ semel amissa, certa pericla subis.*

CIII. Cursores plerumque tribus condecorantur signis 1. *toga cursoria*, cui corniculæ cursoriæ, Das Posthornlein/ figura lutei coloris à pectore & tergo est insuta. 2. *Ipsa corniculæ inflatio*, quam inflant ubi ad oppidum tempore nocturno vel diurno reseratis Portis veniunt, ut illis ita apertis, liber transitus præbeatur, in quem finem porticulæ nocturnæ, die Nachtpforten sunt inventæ; uti Augustæ Vindellicorum, Colonæ, Francofurti, & aliis in locis. 3. *Est schedula cursoria, italicè Bolletto, seu bollettino vocata*, ex qua personæ certitudo colligitur. In Imperio nostro sequenti modo à Postarum Magistris tribuuntur. Gegenwertige Kayserliche ordinari Post soll ohnverzûglich bey Tag vnd Nacht nacher N. geführet vnd nirgents keines wegs im wenigsten auffgehalten / verhindert noch versäumet werden / dann Ihrer Kayf. Mayest. vnserm Allergnädigsten Herren / auch allen Churfürsten / vnd Ständen des H. Röm. Reichs viel daran gelegen: vnd sollen alle Posthalter den Tag vnd Stund des empfangs vnd Abfertigung fleißig hierunter verzeichnen / Signatum N. den N. im Jahr N.

CIV. Sed abundè nunc opinor Cursorem instructum, quid vero ille mandato accepto faciet? Audiatur quid Virgiliani illi fecerint.

*Haud mora, festinant iussi rapidisque feruntur*

*Passibus.*

Ad horum igitur exemplum ex templò itineri sese accingat, eat, properet, *l. 16. C. de curs. public. ibi ad*

*H*

*nostram*



*nostram clementiam properare festinent*, ac quantum possit, volitet. Eam enim festinationem Poëtici Mercurij alæ & talaria significant. Siquidem multis fraudi capitali fuit moram ex morâ, diem ex die traxisse, præfinitique diei abitione supersedisse. Deventotandem ad locum destinatum, fasciculos literarum debito loco & modo his quibus par est, tradat, cæteraque quæ habet in mandatis exequatur, & sematurè domum sine mora recipiat.

Affinia.

CV. Inter affinia publicarum Postarum non incongruè referuntur Cursus Provinciales, die Land-Posten / cursus Sacri Romani Imperii Civitatum, Statt-Posten / Neben-Posten / Messger-Posten / qui cursus si Postæ appellantur, abutimur isto vocabulo; vocantur alio nomine etiam Neben-Botten / Land-Botten / Rauffmanns-Posten / Cammer-Botten / Pedellen / quorum officium est, ut suarum rerum satagent, & commissâ justè exequantur, quibus etiam fides habenda, quod & consuetudine receptum esse, testatur *Gail. lib. 1. obser. 54. num. 5. in fin.* Præfata autem procedunt si publica portent signa. *Baritol. in l. 10. §. 1. ff. commodat. num. 5. & in l. prohibitum 5. C. de Iure fisc. Petr. Peck. de Iure sistendi cap. 20. n. 1. & seqq. Chassan. ad consuet. Burgund. rubr. 1. §. 7. n. 25. cap. 20. Boër. decis. 170. num. 5. Lanfranc. de Oriano in praxi Iudiciar. d. c. Quoniam de probat. num. 26. & seqq.* Multis enim in locis hoc observatur ut nuncij Iudiciorum Ordinarii & Jurati certa gestent insignia, ex quibus cognoscantur, quod sint nuncij publici, huius vel illius Domini, aut civitatis, quibus etiam præ aliis creditur tabellariis, modò *pixidem cum insignibus sui Domini portent, ein Botten-Büchß / oder ein Botten-Zeichen.* Omnes officiales enim signa officia-  
lium



lium portare debent, ex quibus ut officiales cognosci possunt, *Bartol. alleg. loco Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 119. num. 9. & seqq.* quod & moribus Germanorum receptum est, uti testis est *Wehner. in observ. Pract. verb. Botten-Büchß/* approbatumque à *lafone in §. quadrupli 25. Inst. de Action. Speculatore ad tit. de citat. §. sequitur. Felino. in c. prudentiam col. 5. de offic. de leg. Marant. p. 6. tit. de Citat. num. 43.* Sic in hac incluta Republica Argentoratensi apparitores sive nuncii utuntur speciali habitu, cum baculo, *Allhie tragen die Gerichtsbotten / oder die Herzendiener/ wie man Sie nennet / einen halben weissen vnd rothen Rock / vnd einen silbern Stab in der Hand/ quem, si tempore citationis non habent præsentem citatio est inefficax, & nullius momenti; Similiter Norimbergæ, nuntii speciali utuntur habitu, cum baculo, alda sie blawe Röcke vnd Ståblein in der Hand tragen / quod & alibi est receptum, maximè tamen in Helvetia, da man sonderliche Stattbotten vnd Gerichtsbotten hat / qui majori dignitate quàm alibi fulgent. In Italia portant infulam rubeam vel baculum depictum, seu aliud signum ut birretum, teste *Specul. lib. 2. tit. de Citat. §. 4. num. 5.* In regno Burdegallensi per civitates deferunt vestes ex rubeo & viridi dispartitas, sicut deferunt consules & jurati civitatum, *Boer. decis. 170. n. 5.**

**CVI.** Ordinaria navigia vulgò, die *Marckschiffe/* quorum adminiculo cursus publicus Ordinarius perficitur, hæud inconcinnè affinibus annumerantur; hi certis septimanæ diebus & horis consuetis, loco alio ad alium locum tendentes, ordinariæ Postæ viam quandoque flumine secundo, supplere possunt. Talia



navigia cottidiè Moguntiâ, Francofurtum, & vice  
versâ veniunt, Germanicè *Mâinzer Marschschiff*.

De contrariis

CVII. Absolutis hætenus *Consentaneis Po-*  
*starum*, subjungimus *Dissentanea*, monente *Colleg.*  
*Iurid. Argentorat. in præfat. Tom. I.* sunt itaque *con-*  
*traria* quæ cursus publici constitutionem impedi-  
unt, vel factam dissolvunt. Impeditur autem cur-  
sus publicus ob hostium & latronum incursus; ho-  
stium appellatione veniunt & latrones, à latere ita  
dicti quod homines plerunque à latere adoriuntur,  
vel quod latenter insidiantur. *Varrò de Ling. Latin.*  
nunc viarum obsessores dicti. *Bracheus ad l. hostes*  
*118 ff. de V. S. quasi laterones & prædones*, passim itineri  
hominum cum telis insidiantes, cum hostium & la-  
tronum incursus plerumque æquiparentur. *v. l. 1. C.*  
*depos. l. 1. ff. de O. & A.* Hæc ratione etiam inter casus  
fortuitos enumerantur, qui factò hominis prove-  
niunt. *l. in rebus in pr. ff. commodat. l. contractus 23. in*  
*fin. ff. de R. I.* Verè casus fortuiti dicuntur, qui factò  
naturæ sine ulla hominis causa contingunt, ut egre-  
giè docet *Bald. in l. qua fortuitis C. de pignorat. actiõ.*  
& affirmat, alios esse casus fortuitos qui factò homi-  
nis proveniunt, alios qui à natura sine factò hominis  
contingunt. *Menoch. de Recup. possess. remed. 12. num.*  
*41. Sebastian. Medic. in suo tractat. de fortuit. casib. quæst.*  
*13. prim. part. num. 1. & 4. Goedd. ad l. hostes 118. ff. de*  
*V. S. num. 1. Matth. de Afflict. decis. 54. num. 2. Alexand.*  
*Consil. 220. in 2. Volum.* His latronibus impunè re-  
sisti potest. *Dn. Brunneinan. ad l. 4. C. ad l. Cornel. de*  
*sicar.* Militia etiam impedimento est rei cursoriæ,  
tempore belli enim magnus est defectus equorum,  
similiter naves claudæ & mutilatæ, *Schadhaffte*  
*Schiff* / *ut Liv.* loquitur, & *Lucretius*, clauda navi-  
gia



gia dixit, *lib. 4. v. 441.* nec non fractura, inter impedimenta haud malè referuntur.

CVIII. Dissolvitur autem cursus publicus & amittitur iisdem modis quibus acquiritur. Isdem enim inquit *Vlpian. in l. 1. ff. pro derelict.* modis res desinunt esse nostræ, quibus adquiruntur, cum unumquodque eodem dissolvatur modo quo colligatum est. *l. nihil tam naturale 35. ff. de R. I.* & contraria contrariis artibus dissolvuntur. Amittitur ergo Jus Postarum renuntiatione, cum ille cui hoc privilegium est concessum, illo renuntiat. *Modestin. Pistor. lib. 1. Consil. 12. n. 11. Rutger. Rulandt, de commiss. & commiss part. 4. lib. 2. c. 4. n. 142. Menoch. lib. 6. præsumpt. 41.* vel cum feudum refutatur, cum quo Regale Postarum jus concessum est. *c. un. in fin. quid Iur. si post alien. feud. vasall. & c.* Atque hujusmodi refutatio vel renunciatio simplex, licita & libera semper est. *l. 31. 43. 46. ff. de pact. l. 41. ff. de min. l. 51. C. de Episcop. & Cleric. l. pen. C. de Pact.* ac favorabilis, ut sunt omnia, rem quamcunque ad primum sui statum reducens. Item spontanea revocatione ab Imperatore. *Bald. ad l. rescripta num. 12. C. de precib. Imp. offerend.* expressè statuit quod Regalia ab Imperatore concessa pro ipsius arbitrio revocentur. Aliàs beneficium ad beneplacitum concessum reputatur perpetuum. *Boër. decis. 149. num. 19. Cacheran. decis. Pedemont. 144. num. 13. in fin.* Et Officiales creati quamdiu voluntati creantis placuerint, censeantur esse perpetui. *Bart. in l. Iurisperitos. ff. de Excusat. tut. Cavallos in Comm. opinion. q. 245. n. 16. Thomas Merckelbach. inter Consil. Klock. Consil. 32. num. 13.*

CIX. Possent & alii modi in medium proponi, sed ego hic ob materiæ raritatem & gravitatem sub-

hito







**C**Andide Meybusides, quo menti carior alter  
 Vix unquam nostræ visceribusque fuit.  
 Siccine fert tandem lætissima munera Vernis,  
 Mensibus excultus fertilis ille Frutex.  
 Externos foliis nec tantum pingere ramos,  
 Nec gratis cassus fructibus esse cupit.  
 Thura vehit sani fragrantra Iuris odore,  
 Queis Panchæus ager non meliora fovet.  
 Qualia divinis Astræa verenda lacertis,  
 Insevit dignæ nobiliora animæ.  
 Digne Frutex, digno pro munere munera tradent,  
 Cognita queis bonitas fertilitasque tua est!  
 Nymphæ etiam plenis portantes ferta quasillis,  
 Ornabunt Tyriis tempora clara rosis.  
 Ringaturque licet male sana scientia Momi;  
 Atque notent naves ille vel illa tuos.  
 Et vel in incultam sententia nigra feratur  
 Vocem, aut ingenium vapulet usque tuum,  
 Tu tamen ingenti velut obruta pondere palma,  
 Sublimi tandem sidera mente petes.  
 Exsurgesque Frutex de claro nobilis agro,  
 Umbram vixque tuam lenta viburna ferent.

*Meybuschio suo amico inter paucos optimo  
 ita gratulatur infucata mens  
 manusque*

ANDREÆ BARTHII,  
 Dantisco - Pruteni.

**F I N I S.**



AKT 2856

MC

AKT






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

**KODAK Color Control Patches**

© The Tiffen Company, 2000

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



THECA  
VIANA

8-BIBLIOTHEK

